

## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ  
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ  
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

**Gartner, Michael**


**Herbipoli, 1697**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](#)

17

0139



Jh. 500 J.

✓  
1  
12





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Th.  
5007

SACERDOTIUM

DUCALE

BREVIARII CHRONOLOGICI

PARS TERTIA

Complectens Synopses Sa-  
cra & profanæ historiae à fine ca-  
ptivitatis Babylonicæ & Hebræorum  
Ducum ac Persicæ Monarchiæ ini-

tio usque ad Christum

natum

XENIUM

ACADEMICAÆ

SODALITATI

DOMINORUM,

B.M.V. Annuntiatæ Her-  
bipoli oblatum

ANNO



1697:

Cum Permissu Superiorum.  
Heribpoli, Typis Hered. Zinck, Vnivers. Typogr.  
Per Martinum Richter,



## QUINTA ÆTAS MUNDI

Incepit anno conditi orbis 3517.  
ante Christum 536. Olymp.  
LX. an. 4.

Zorobabelis Ducis Jud. & Iose  
Pont. 1.

Cyri & Imperij Persarum.  
Compleetur periodo 225. an.  
norum.

## SEXTA ÆTAS.

Incepit Anno mundi 3743.  
Oniæ Pont. & Ptolomæi Lagi 14.  
Seleuci & Imperij Græcorum.  
Olymp. CXVII. an. 2. Urb.  
cond. 442. ante Chri.  
stum 310.

Compleetur periodo 309. an.  
norum.

\*\*

Admodum Reverendo,  
Perillustri & Gratioſo  
Domino,  
**D. DAMIANO**  
ECKENBERTO, CA-  
MERARIO DE WORMATIA  
LIBERO BARONI  
à DAHLBERG,  
Domino in Hernsheim, Ef-  
ſingen & Gropsberg, Eccles. Me-  
tropol. Moguntinæ & Trevirensis,  
nec non Cathedralis Her bipolen-  
sis Canonico Capitulari, & respe-  
ctivè Custodi, Eminentiss. Ele-  
ctor. Mog. Consil:  
Sodalitatis Majoris  
Academicæ  
**P RÆ F E C T O,**  
\* \* \*  
Admœ.

Admodum Reverendi  
Perillustribus, Prænobilibus,  
gnificis, Eximijs, Consultissimis,  
Experientissimis, Pruden-  
tissimis

MAGISTRATIBUS  
Sodalitatis,  
\* \*

D. Joanni Reider, *Jur. V. Doct. Canon.*  
*Capit. in Haugis, & Consistorij Assi-*  
*sori.*

D. Joanni Joachimo Bentz, *J. V. D.*  
*Consistorij & Vicariatūs Assessori.*

DD. ASSISTENTIBUS  
\* \*

D. Joanni Christophoro Augustino  
à Riedheim, *Eccl. Cathed. Heripol.*  
*Canon, Capit. Reverendiss. & Confess.*  
*Princ. in Spiritualib. Consiliario.*

D. Jo

- ( 1 )
- D. Joanni Antonio ab Erthal, *Imperialis Eccles. Bamberg. & Cathedr. Heribip (an. Capit.*
- D. Heriberto Camerario Wormatiensi L.B. de Dahlberg, *Eccles. Cathedr. Heribip. Canon. Capit.*
- D. Ernesto Hirschman, *SS. Theologiae Doct. in Haugis Canon. Capit. & Scho- last. Reverendiss. & Celsiss. Princ. in Spiritualibus Consiliario & Fisci- alibus.*
- D. Joanni Georgio Cæsar, *Jurisconsul- to, Reverendiss. & Celsiss. Princ. Con- siliario & Camera Consulenti.*
- D. Joanni Wilhelmo Stadler, *Iur. V. Doct. Reverendiss. & Celsiss. Principis Consiliario.*
- D. Georgio Casparo Holtzapffel, *SS. Theol. Doct. Novi Monast. Canon. Capit. & Confessorij Assessori.*
- D. Joanni Ignatio Christophoro Er- berman à Bibelheim, *I. V. Doct. ac Professori Ordinario.*
- D. Philippo Wilhelmo Virtungo ab Hartung, *Medicina Dottori & Pro- fessori Ordinario.*

D. Jo-

- D. Joanni Bartholomæo Adamo L  
ringer, *Medicina Doctori, & Profe  
ssori Ordinario.*  
D. Joanni Adamo Wachter, *I.V. Doct  
or Iudicij Provincialis Consulenti.*  
D. Joanni Gernert, *SS. Theol. Doctori,  
Novi Monast. Can. Capit. & Sum  
mi Templi Parocho.*  
D. Melchiori Gernert, *Canon. Capit.  
in Haugis.*  
D. Francisco Conrado Schildt, *Canoni  
Capit. in Haugis.*  
D. Tobiæ Andreæ Brenzer, *Novi Mo  
nast. Canon. Capit. & Cellario.*  
D. Georgio Andreæ Scheffner, *Inris  
ctionalium Secretario.*  
D. Dominico Zecher, *Hospitalis Iulia  
nai Praefecto & Senatori Heribopol.*  
D. Joanni Nicolao Schmidt, *Superiori  
Senatus Secretario, & Senatori Her  
ibopol.*  
D. Joanni Laurentio Heilenthal, *Se  
natori Heribopol.*  
D. Joanni Adamo Simon, *Cellario in  
Haugis.*

D. Mat

( ० )

D. Matthæo Conrado Pfefferman,  
*Summi Templi Vicario.*

D. Joanni Michaëli Zorn, *Summi Tem-  
pli Vicario, & Succentori.*

D. Valentino Benckart, *Vicar. in Haug.*

D. Joanni Martino Vögelein, *Vicario  
in Haugis.*

D. Joanni Tobiæ Deichelman, *Novi  
Monast. Vicario & Succentori.*

D. Jacobo Raum, *ad S. Burckardum  
Vicario & Sub-Custodi.*

## DD. CONSULTORIBUS.

\* \* \*

D. Joanni Francisco Bauman, *Indicij  
Civici Assessori.*

## SECRETARIO.

\* \* \*

*Dicant  
Dedican  
Consecrant.*

Sodales Mariani,

**LEGENDA MAGNA  
LEGENDA VITÆ**

**Divisio Materiarum.**

at. V. ut. VI.

<i>Progenitores Christi.</i>	pag. 4	206
<i>Pontifices Hebraorum.</i>	pag. 8	212
<i>Duces Hebraorum.</i>	pag. 11	234
<i>Monarchia &amp; Monarchs.</i> p. 13	282	
<i>Ortus &amp; Oceasus regnorum.</i> p. 39	359	
<i>Institutio rituum.</i>	pag. 81	374
<i>Sanctitate &amp; prophetia clari</i> p. 96	384	
<i>Nova inventa &amp; urbiū natales.</i>		
	pag. 108	388
<i>Scientiis &amp; artibus celebres.</i> pag. 125	398	
<i>Bella &amp; bellis clari.</i>	pag. 152	421
<i>Memorabilia miscellanea.</i> pag. 183	451	
<i>Eventus tragicī &amp; Signa.</i> pag. 195	464	



QUIN

( 1. )

## QUINTA ÆTAS MUNDI.

Continens annos & gesta ab  
Anno conditi orbis 3517, ante Chri-  
stum 536. Olymp. LX. an. 4. usque ad  
annum mundi 3743. ante Christ.

310. Olymp. CXVII,  
an. 2.

**Q**uintam mundi ætatem  
auspicamur, secundum  
eam distributionem, quam  
initio Breviarij Chrono-  
logici digestimus, à Saliani nobilissi-  
mi Historiographi divisione nonnihil  
diversi ob materiarum ubertatem, quæ  
posterioribus sæculis mundi in seni-  
um vergentis longè copiosius abun-  
dat, quam primis sterilibus sæculis  
mundi adolescentis. Quemadmo-  
dum enim lapsu temporum corpora  
viventium imminuntur, sic econtra-

A inge.

QUIN

<sup>2</sup> **ÆTAS V.** ab anno 3517.  
ingenia corroborantur, & sœcula-  
storum varietate perficiuntur, qui  
in tanta copia geographos imi-  
tare oportebat, qui magnas urbes puncti  
grandes fluvios lineolis, & longo  
montium tractus parvis intervallis de-  
scribunt, sic quoque minutum res fer-  
tilissimorum sœculorum amplissimas  
attingendo, hæc Synchronotaxis con-  
fici & coarctari debuit.

Vocatur autem hæc s̄ta, ut &c,  
**Ætas Ducalis & Sacerdotalis,** ob-  
mutatam in populo Hebraeo Regni-  
nis formam. Res namque, fortuna,  
& decor Hebræorum gentis Babylo-  
nicæ captivitatis squalore ita clau-  
git, ut extincto atque sepulcro honore  
& nomine regio, posthac Ducum &  
Pontificum subesse, moderarique in-  
periis grandis beneficii & gratiæ loci  
reponerent, utpote quæ nunquam de-  
inceps planè sui juris facta est, ita ut  
Duces & Magistratus quidem suæ ha-  
beret, sed non nisi ex alienigenarum  
voluntate & gratiosâ benevolâque

usq; ad an. mundi 3748.

permissione, qui tametsi Patribus suis  
naturali generatione succederent, (sic  
enim fieri vaticinij veritas exigebat.  
Gen. 49. v. 10. non auferetur Scepterum  
di Iuda, & Dux de femore ejus, donec  
veniat, qui mittendus est) ab alienige-  
nis tamen Regibus, quibus manifesto  
continuatae servitutis argumento He-  
brei tributum pendebant, eosdem  
approbari confirmarique oportebat,  
quorum etiam Imperio Hebrei Ma-  
gistratus non raro exauferabantur.  
Eò quoque temporum necessitas im-  
pulit, ut sacrâ administratione cum  
profana conjunctâ, unus idemque  
Pontificis simul & Ducis titulo cre-  
brius præcesset, quo factum est, ut no-  
bis notiores Pontifices, quam Duces  
Scriptura reliquerit, vixque definiri  
possit, fueritne Dux Pontifici, an vice  
versâ Pontifex Duci subordinatus.  
Quam ob causam tertiam hanc par-  
tem Breviarij Chronologici *Ducale*  
*Sacerdotium gentis Hebrææ non im-*  
*merito nuncupamus.*

A 2

§. I.

## §. I. Progenitores Christi.

ZOROBABEL filius SALATHIEL & nepos JECHONIE Regis, natu Babylone anno mundi 3499. ante Christum 554. Nomen habuit a spe parentis sui ; quod re ipsa Zorobabel, id est, a confusione alienus futurus esset, quem alio nomine Babylonij SAS-SABASSARUM appellaverunt. Hic Bosphorus gentis suae, qui post longam caliginem novae lucis, & glorie Dux & antesignanus fuit, cui Deus gratiam contulit in oculis Cyri & Darii Regum, ut post gentis analecta ex anna captivitate Hierosolymam reduta, fieret novae Domus Domini a fundationum ruinis fortissimus resuscitator. Hic pro populo suo & avita pietate potentissimus orator, Hic gloriosus veritatis Patronus & Propugnator, cui coram Dario orta disputatione de vini, Regis, mulieris & veritatis fortitudine, pro veritate contendenti victoria adjudicata est, quam

con-

confessionem videtur Dominus (in cuius manu sunt corda Regum) non solum Darij gratia, sed eternam quoque vitam remunerasse. Obiit pie ac religiosè, uti sperare fas est de Duce optimo merito, Babylone, ut Hebrei tradunt, quod ædificato urbis Ierosolymæ muro & æde Sanctuarij aptata rediit. De anno obitùs nihil certum. Templo absoluto diu quidem adhuc vixit, sed nihil egisse legitur; satis enim egit, qui Deum recepit.

ABIUD filius ZOROBABELIS natus anno mundi 3554. ante Christum 499 anno vigesimo tertio Darij: in eo fortunatus filius, quia primus extra Babylonem natus est renato templo, ut Messiae nobilitatem restitueret. Quamdiu vixerit nemo probatæ fidei scripsit; de gestis ejus etiam summum silentium.

Tametsi neque in Sacro eloquio, neque apud ullos probatos auctores expressum sit, quando ABIUD alijque Successores post transmigrationem Babylonis ab Evangelista Matthæo relati usque ad Ioseph vi-

A*;*  
rum

rum Maria, de qua natus est JESVS, genuint, quia tamen necesse est, ut quatuor decim generationes inter Jechoniam, qui primo loco recensetur, & inter Christum in quem, ut docet S. Hieronymus decima quarta generatio reputanda est, factæ fuerint intervallo 634 annorum, qui ab ortu Jechoniæ usque ad ortum Salvatoris fluxerunt, propterea ad indagandum quo tempore suæ anno quilibet ex his, quos Evangelista enumerat, Successorem suum iunctum sibi genuerit, hæc commodiiora esse videtur, ut primò statuamus S. Iosephum, quando accepit Beatissimam Virginem in Conjugem, fuisse annorum circiter triginta septem vel octo, nimis neque juvenem valde, neque proiecte omnium ætatis, ob causas satis rationabiles, quas adducit Cardinalis Toletus in caput primū Lucæ, & Salianus, & infra in sexta ætate de S. Josepho annotabuntur.

Secundò ut ponamus, quod ii, qui intersinguli anno circiter vitæ suæ quinquagēmo primo, secundo vel tertio filium in dicta linea Christi nominatum genuerint, alios enim filios quoq; vel ante hanc æatem vel post genuisse, qui rectam Christi lineam non ingrediantur, perinde est, & nihil obstat huic suppositioni, per quam fieri, ut tota illo-

illorum 634. annorum, qui Jechoniam inter & Christum fluxerunt, summa commode exhauriatur, quod cuilibet computanti patebit. Et secundum hanc viam à Tornicello & Saliano sagaciter quæsitam, hic quoque proceditur, non quod hæc omnino certa & indubitata sit, sed quod veritati prius accedat, & nihil probabilius & dispositioni temporum, rationique Sacrae & profanæ historiæ magis consentaneum adferri posse videatur.

ELIAKIM filius ABIUDI natus anno mundi 3604. ante Christum 449.

AZOR filius ELIAKIM natus anno mundi 3655. ante Christum 398.

SADOC filius AZORIS natus anno mundi 3705. ante Christum 348.

Huc usque protendit se linea progenitorum Christi intra ætatem quintam sub imperio Persico. Cæteri regno Græcorum & Romanorum coævi sunt: de omnibus autem tum hujus, tum secuturæ ætatis Christi majoribus usque ad Iosephum omnes libri & monumenta silent. Nulla fama gestorum, sed solo nomine superstite, nimirum voluit ignotus in terris Deus ex ignorantia nasci, & futurus Magister humilitatis Pædagogiaæ suæ experimentum fecit in proavis, quos jussit latere, docuitq; amare ne scire

**ÆTAS V.** ab an. 3517.

*nesciri*, itaque eorum virtutes & gesta  
cœli archivis recondita manent, nomi-  
bus tantum ab arcanorum Divinorum pa-  
fecto Matthæo exinde transcriptis, & cu-  
redivivo Messia reviviscentibus; ut disca-  
Christianus hæc Christianæ humilitatis pri-  
ma elementa esse, Silere & siliari. Non  
ægrè fert in annalibus mundi tegi, qui in  
libro vitæ desiderat legi.

1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000

### S. II. Pontifices Hebrei.

**XXXV.** JOSUE filius fuit Jose-  
DECHI, remigrantibus Babylone Hie-  
rosolymam Hebræis Pontifex datus  
est à parente, ut verisimile est. Hic  
instauravit templum unà cum Zoro-  
babele, uti habetur I. Esd. §. v. 2. Tum  
surrexerunt Zorobabel filius Salathil &  
Josue filius Iosedec, & caperunt adficare  
templum Dei in Ierusalem & cum eis Pre-  
pheta Dei adjuvantes eos AGGÆUS scili-  
cet & ZACHARIAS filius ADDO. Pon-  
tificatum hic gessit ab anno mundi  
3517. solutæ captivitatis I. usque ad  
annum mundi 3567. annis scilicet  
ad annum usque Darij 36. Imperij Per-  
farum 51. Huc

Huc usque ad exitum scilicet Darij Josue  
Pontificatum Salianus producit, cum certi-  
nihil constet, quando Sacerdotio suo fi-  
nem fecerit.

XXXVI. JOACIM filius Josue, de  
quo 2. Esd. 12. v. 10. *Iosue autem genuit  
Iacim &c.* Fuit hic Dux simul & Pon-  
tifex, de quo ita Josephus: *regnante  
Xerxe Pontifex erat Joacimus filius Iehu-  
sive Josue, apud Babylonem vero degenti-  
um Indorum primarius Sacerdos erat  
Esdras vir Iustus.* Pontificatum pro-  
traxit usque ad annum Xerxis 22. &  
ultimum, qui erat anno mundi. 3589.  
ante Christum 464.

XXXVII. ELIASIB filius JOACI-  
MI, Dux simul & Pontifex, de quo con-  
stat ex Nehemia fuisse Sacerdotem  
magnum Hierosolymis, regnante Ar-  
taxerxe; quanto autem anno Pontifi-  
catum terminaverit, incertum est. Sa-  
lianus protrahit annos Pontificatus  
eius usque ad finem vitae Artaxerxis  
an. mundi 3629. ante Christum 424.

Cum hoc Pontifice Hierosolymis quoq;  
clauerunt Esdras Sacerdos & scriba Do-

10 ZETASV. ab anno 3517.  
Etissimus, qui Babylone Hierosolymam  
Artaxerxe missus fuerat, & Nehemias D.  
integerrimus, de quibus in §. de viris illi  
stribus hujus ætatis.

XXXVIII. JOJADA filius ELIA  
SIB alias dictus JUDAS vel JOACHAZ.  
Dux simul & Pontifex. Pontificatum  
gessit sub Dario Notho usque ad ann.  
m. 3649. ante Christum 404.

XXXIX. JONATHAN Ioanæ  
filius alias JOANNES, ut eum Iohannes  
vocat, vel Joathan ut alij appellant.  
Dux simul & Pontifex sub Artaxerxe  
MNEONE usq; ad annum mudi  
3689. ante Christum 364.

XL. JEDDO Avel JADDUS filius  
JONATHANI Dux & Pontifex sub An-  
TAXERXE OCHO Imperatore Perico  
Arse & Dario Arsam filio imperatori  
bus Persicis, & sub Philippo Mac-  
done & Alejandro gessit pontifica-  
tum usque ad annum mun. 3739. ante  
Christum 323.

Hic Pontifex occurrit Alejandro Magno  
iratumque placavit Judæis, teste Iosepho  
l. 11. antiq. hujus Jeddoæ frater Manassie  
tui

fuit primus Pontifex templi Samaritano-  
rum in monte Garizim.

XLI. ONIAS JEDDOÆ filius dictus  
quibusdam Priscus, Dux simul & Pon-  
tifex sub Ptolomæo Lagida & Alex-  
andro usque ad annum mundi 3753.  
ante Christum 300.

### S. III. Duces Hebraorum.

**D**ux primus fuit ZORABABEL,  
& post Zorobabelem suprà me-  
morati Pontifices, qui simul Duces &  
Pontifices fuerunt. Quamquam ex  
tribu Levi oriundi fuerint, qui post Zo-  
robabelem Duxis simul & Pontificisti-  
tulo Hebreis præfuerunt, erant enim  
sacerdotes & filii Aaron, nihil tamen  
hoc obstat vaticinio Jacobi Gen. 49.  
v. 10. Non anferetur Sceptrum de India  
& Dux de femore ejus, donec veniat: qui  
missendus est, censebantur enim illi &  
vocabantur adhuc filii Judæ, sicut eti-  
am Machabæi seu Assamonæi, qui  
sceptrum Judæ tenuerunt usque ad  
Herodem, partim ob genus mater-

num, quod trahebant ex femore Judæi partim ob infitionem & quasi adoptionem in tribum Judæi: à reditu enim in Babylone, licet plurimi ex alijs tribus reverterentur in patriam suam non tamen aut regno aut loco utantè distincti fuerunt, sed unum regno & tribui Judæi adscripti, & quasi insiti, imperium vero in omnes unum solum tribui Judæi cessit, & penes hanc unam remansit, omnesque Judæi, seimus Judæi vocati sunt, unde licet in ea scepterum tenuerint, quierant ex aliis tribus, quales erant Machabæi & Pontifices, quia tamen illud ipsum acceptarunt à tribu Juda, & in eadem tribu, in quam insiti erant, & nomine ejusdem tribus (nam omnes vocabantur Judæi) verè proprieque dici potest, scepterum teneri à Juda, sicut hodie dum scepterum Poloniæ diceretur teneri à Polonis, etiamsi extraneus quispiam, quod alias non semel contigit, scepterum moderaretur, quia nempe electione statuum Regni talis poloniæ.

cægenti infereretur, secus autem fieret, si vel à Turca, vel à Mosco Tyranicè oppressi cogerentur alienigenam in regem accipere, tunc enim censetur sceptrum Polonis erectum & ad exteris translatum, sicut factum est in tribu Juda, quando Herodes, qui erat alienigena, scilicet Ascalonita per vim à Romanis in solium intrusus est, ac proinde non poterat dici tunc sceptrum teneri à tribu Juda. Ita *Suarez.*

*Tirinus & Pererini.*

*S. IV. Monarchia Persica*  
& Monarchæ, qui imperarunt ab an.  
mundi 3517. ante Christum 716. usque ad  
initium Regni Gracorum Anno mun-  
di 3743. ante Christum

310.

J. CYRUS filius CAMBYIS & ne-  
pos ASTYAGIS Medorum Re-  
gis ex Matre MANDANE filia  
ASTYAGIS. De hujus ortu, educatio-  
ne & exaltatione prorsus mirabili di-  
stinctum ætate mundi quartâ, titulo de  
Regi-

Regibus Medorum. Primus hic Pæ-  
fici fundator Imperij, quod septem-  
nis viætoriis gestisque celeberrimi il-  
lustravit, verè CYRUS, id est, SOL  
MONARCHICUS REGNORUM  
cœpit regnare an. m. 3517. ante Chr. 336.  
Felix, quæ Deus excitavit, per Danielem  
Prophetam, qui ostendit Regi, quæ tan-  
to antè Esaias de eo prædixerat, fore  
scilicet, ut Deus illi victoriam deBa-  
byloniis daret, & ipse vicissim pot-  
statem faceret Judæis redeundi in pa-  
triam, & templum ædificandi; felix,  
qui in veri Dei cognitionem adeo de-  
venit, ut omnia regna terræ sibi à ce-  
lo divinitus tradita protestaretur: fe-  
lix, quem Deus tanto honore digna-  
tus est, ut eum Christi Domini typum  
& quandam velut populi sui conser-  
vatorem esse voluerit, sed longè feli-  
cior fuisset, si quem coeli terræque Do-  
minum prædicavit, cuius cultum re-  
stituit, cui templum suis sumptibus ex-  
strui præcepit, cuius cultores benevo-  
lentia & favore prosecutus est, eun-  
dem

dem etiam ipse abjecta inanum Deorum superstitione veneratus fuisset. Qui è contrario, inani figmento divinitatis, in cœlum superstitionē relatus est, postquam, æternū infelix, occubuisse infausto prælio cæsus à Tomyris anno septimo Imperij, Regni anno trigesimo an. mundi 3523, ante Christum 530.

Mors Cyri ex Herodoto ita refertur. transito Araxe fluvio Cyrus in Massagetaum fines irrupit, cui occurrit Tomyris Regina virilis aniani scemina, & quæ nuptias Cyri vel veras, vel simulatas spreverat. Ac primò quidem irrumpenti cum exercitu ducentorum millium Persarum, fortuna dolusque faverunt. Simulatā enim fugā reliquit vinum & epulas in castris, quibus dum scythæ se ingurgitant, mox à Persis superuentibus trucidati partim, & partim capti sunt. Inter cæteros Tomyris filius Spargapises vino ac vinculis solutus, ex doloris & ignominiae impatientia sibi manus intulit. Tomyris autem insidias aliis insidiis ultra, vertente belli alea ducenta Persarum millia cecidit, ne uno quidem clavis relicto superstite. Invento Cyri cadaueri caput rescissum est, immisumque in utrem humano sanguine plenum, cum hoc

hoc Sarcasmo, *Satia te Sanguine, quonisti.* Sic Cyrus Orientis terror sub audiis foeminae obiit pudendo planè mon genere, nisi hæc foemina Tomyris fuisse quæ Scythis hoc est, mortalium fortissimi imperabat.

Cyro à Cambysē filio sepulchrum extratum esse memorat Strabo lib. 15, cuius Custodibus in singulos dies ovis, vinum & farina dabatur, & singulis mensibus equus unus, quem Cyro Persæ sacrificarent. Narratur à Curtio Alexandrum Macedonem hoc sepulchrum aperuisse; ut aurum agetumque, quod ibi latebat, erueret, sed pater clypeum putrem, arcus duos Scythicos & acinacem nihil reperisse. Inscriptione monumenti mirificè à Persis honorati & ornati hæc erat, *O homo! ego Cyrus sum, qui Persis imperium paravi, & Rex Asiae fui, us igitur mihi hoc monumentum invidui.*

**II. CAMBYSES** dictus quoque **ASSUERUS:** *Esdra 3; & ARTAXERXES Esdra 3.* Ne tamen putas illum Assuerum esse etiam Artaxerxem dictum, qui fuit maritus Estheris, is enim longè post aliis fuit. Hic autem filius fuit Cyri ex Cassandana genitus, à patre profecturo ad Massagetas in omnem

nem mortis eventum Rex Persiæ nominatus est. Annis octo regnavit, & multa sæpe insanæ mentis indicia demonstravit.

Ex insano agendi modo Cambysis audaciam & occasionem sumpferunt duo Magi fratres Germani fabulam Regi & Persis ignominiosam ludendi. Alter Patizithes di-  
sus est, quem **Cambyses** in Ægyptum pro-  
ficiens rei domesticæ reliquerat procurá-  
torem, & alter Smerdis, qui corporis habi-  
tu, quam simillimus erat Cyri filio, fratri  
**Cambyses**, qui eodem nomine Smerdis ap-  
pellabatur, ut quem **Cambyses** ob suspicio-  
nem regni affectati (somniauerat enim  
quod videret cum vertice ccelum attinge-  
re) à **Pheræs** claus & inciso populo inter-  
fici curaverat. Huic ergo Smerdi consimi-  
lis alius Smerdes Cyri se filium simulat &  
regium solium artibus Regii Procuratoris  
occupat loco Cambysis emotæ mentis viri.  
Quam fabulam plurimum juvabat, quod  
verus frater Cambysis nemine conscio cœ-  
sus fuerat. Cum ergo Rex novus toto re-  
gno vulgaretur, res Cambysi innotuit, qui  
irâ percitus, illico verüs Susam movet, &  
in equum furioso concendens sibi gladium  
defixit in femore, atque eodem in loco, in  
quo vulnerabat Apim celebre Ægypti ido-

lum,

dum, tanquam in poenam sacrilegii; quam enim laudabile sit idolum destru repugnante tamen conscientia egit, id etiam in bono opere peccavit. Cum igit vigesimum jam diem ægrotaret, sequitur riturum videret, accitis Persarum Satrap tam fratribus sui cædem, quād fraudem magorum detegit, rogatque, ut iis depulsi regnum apud Persas retineant. Mortuo Cambysē anno m. 331. ante Christum 321, nequaquam persuasum est Persicorum per fraudem potiri magos, sed reverātū illius regnare, præsertim cùm Pausias pernegaret à se Cambysis fratrem invenītū esse. Regnavit ergo Pseudo-Incles septem mensibus, donec detecta est Nugrum impostura per Ochanem ejusque filiam Phædimam, quā tum Smerdis utebatur pro uxore; cùm enim Smerdis ex arce nuncā egredieretur, neque in conspectum suum quemquam admireret, ne Cambysis quidem uxores & Concubinas, Ochanus fratres Cassandanas & avunculus Cambysis, idem ficer, primus fraudem odoratus est, non nūtque Phædimam, ut dormientia aures exploraret; sic Rex mutilatis auribus (quibus eum Cyrus pridem privaverat inveniā alicuius delicti) deprehensus est Smerdis suppositius esse. Rem hanc aperuit Ochanes duobus aliis Satrapis Persis, & hi

tres sibi singuli socium adsciscunt, quibus  
superveniens *Darius Hyphasis* filius, septi-  
mus adjunctus est. *Prexaspes* etiam cædem à  
se vero *Smerdi* illatam nunc demum mani-  
festante, hi conjurati septem Principes in  
aulam irruunt à *Bagapato* Eunicho pa-  
tetam, & ambos magos egregiè sese  
propugnantes trucidant, quā in pugna  
*Smerdis* magnus complexus *Gobryam*, qui in  
conclave fugientem Pseudo-Regem cum  
*Dario* infsecutus fuerat, cum interfici non  
posset sine *Gobrya* periculo, is *Darium* mo-  
nuit, ut sui nihil sollicitus, magum trans-  
verberaret; quod feliciter executus est,  
intacto *Gobrya*. Inde quinque conjurati  
per urbem discurrunt, magosq;ue passim  
interimunt, unde festum *Magophonia* eo-  
dem die quō annis à Persis celebratum est,  
quo die magis ex domibus prodire non li-  
cet. Quinto post die in Electionem *Darū*  
novi Regis conventum est. Fuit igitur ma-  
gorum nequitia occasio *Cambysī*, ut vir-  
ille sanguinum non dimidiaret dies suos.

Neque *Cambyses* aliunde memorabilior  
est, quam à crudelitate, utpote qui *Smer-*  
*di* fratri non pepert, sed manibus impij  
*Prexaspis* sustulit (qui & ipse pro sce-  
lere suimet carnifex patetastis fraudi-  
bus ex altâ turri præcipitem sese dedit,  
signus tali facto, quod Regi nefaria jubenti  
impiè paruisset.)

Memo-

Memorant Historiæ Cambyses cum urbem Saim cum exercitu appulisset, cadaver Amasis Ægypti Regis conditerat, justissime illud erui, & ad defatigatione usque suorum cœdi verberibus & stimulodicari, donec ferrum hebesceret, major verberantis quām vapulantis dedecore. Cū ad Æthiopes progressus esset cum exercitu, quos auro ditissimos audierat, & annona in itinere defecisset, iussi sorte dāctā vorare milites, & retro redire compulsus est, non alio operæ pretio, quam se insanum præstaret.

Sororem suam duxit uxorem, id ex adulatio[n]e dissimulantibus & legibus omnibus esse solutum asseverab[us], eam autem paulò post intercessione ad aspergum canis auxilium frati canarentis adversus Leonem flevisset uberior, & interrogata causam reddidisset, quā

Emerdi fratri illata nex arguebatur.

Neque Prexaspes charissimus licet Cambyses, ejus amentiam furoremque vitavit. Regem enim cū ebrietatis à Peris insulari monuisset, ut refutaret coniunctionem, interficisset filium adduci, eumque telo in corde percussit Patre inspectante, quod sibi propo[st]o præfixerat & tangendum præcinctum. Quod factum ab aulico adulatore lachrymas non elicuit, sed potius laudem in filii

sui nece, quasi is actus non hominis, sed  
Dei saperet manum. Alia ejusmodi cru-  
deler multa perpetravit, quæ cum homi-  
num nemo impedire auderet aut posset,  
Deus ultor adfuit, & vitam Tyranno suc-  
cidit, ut adimpleretur illud Davidis Ps. 54.  
*Vix angustum non dimidiabunt dies suos.*

III. DARIUS filius HYSTASPIS, qui  
magno Cyro militavit, in bello Massa-  
getico, ex quo ob somnium quoddam,  
unde *Cyrus Darium Regni æmulum*  
esse suspicari incepit, domum remissus  
& *Darius* in custodia asservatus est,  
donec à Massagetaica expeditione re-  
duci causam suam diceret, sed morte  
*Cyri* hoc periculo defunctus *Darius* sub  
*Cambyse* præclarè meritus, & demum  
*Pseudo-Smerde*, manu propriâ trucida-  
to, Rex creatus est. *Electio Darijita*  
contigisse scribitur.

Post longam deliberationem inter Prin-  
cipes de republica constituenda, prævalen-  
te *Darij* sententiâ, quâ concludebatur uni  
soli Principatum deferendum esse, casu tam  
grande negotium permisum est, & con-  
ventum in hoc, ut quia Persæ solem adora-  
re, eique statutis temporibus equum im-  
molare consuevissent, sub ortum solis Prin-  
cipes

22. *ÆTAS V. ab an. 3517.*  
cipes & Satrapæ regni competitores  
nes consensis equis convectarentur, &  
jus equus primum hinnitum edidisset,  
Rex inauguretur, id cùm Darii, son  
equisonis arte, ante omnes evenisset, & fu  
men insuper sereno celo emicuisse, om  
nes continuò equis suis deslucere, Regem  
que novum *Darium* communi plauſu fa  
lutavere.

Fuit primis annis imperij sui multo  
fortunatior, quām postremis; quam  
quam enim ferro victorioſo meant  
lauros & palmas quaqua verſum, non  
potuit tamen, ut voluit, de *Egyptiis*  
& Atheniensibus triumphare, led  
stuans ulciscendi desiderijs anno re  
gni sui 36. an. mundi 3567. ante Chri  
ſtum 486. fatis concessit.

Coluit *Darius* inter amicos hos singula  
ri favore *Zorobabelem*, quem in questione  
de vini, mulieris, Regis & veritatis forti  
tudine vietorem renunciavit, & p̄mij lo  
co liberalissimis decretis pro populo Ju  
daico & templi structura perficienda mul  
tis privilegiis & immunitatibus insigniit:  
quo Regis favore ita incepit opus ma  
turatum est, ut quod impiorum satrapa  
rum invidiā sub *Cyrro* & *Cambysē* per mul  
tos

tos annos retardabatur, imò ruerbat, antequam surgeret, nunc sub *Dario* quadriennio consummaretur & coronaretur. Nec dubium est, quin beneficentiam Regis benignus in retribuendo Deus longo regimine & divitiis multis compensaverit, colligit namque ex regno in 20. Provincias digestis annuè 14560. talentorum.

IV. XERXES hujus nominis. I.  
anno mundi 3567. à patre *Dario* successor declaratus est hortatu *Demaratt* Spartani & auctoritate Atossa matris, quæ Cyri filia fuerat, excluso *Artabu-*  
*sane* sive *Artemene* filio natum a jore, hoc præcipuo titulo, quod ille à *Dario* privato adhuc homine, *Xerxes* autem à *Dario* Rege genitus esset. De regno *Xerxis* hæc scribit Josephus: *Xerxes* sicut regni, ita & hæres paternæ pietatis, nihil enim ex Patriis institutis circa di-  
num cultum mutavit, & iudaos summa  
benevolentia prosecutus est. Regnum te-  
nuit 25. annis, cladibus suis, quæ re-  
bus fortiter gestis famosior, de quo Ci-  
cero *Tusculan.* quæst. lib. 5. *Xerxes* re-  
stritus quidem omnibus promissisq; na-  
tive, non equitatu, non pedestribus copijs  
non.

non navium multitudo, non infinito pos-  
dere auri contentus, præmium proposui,  
qui invenisset novam voluptatem, quâip  
se inventâ non fuit contentus, neque enim  
unquam finem inveniet libido &c. Athe-  
næus hoc idem ad omnes Persarum  
Reges transfert.

Xerxes non tam magnificentia,  
quàm amentiæ suæ, elationis, & cru-  
delitatis monumenta reliquit. Nam  
Athon montem confodi jussit, ut cir-  
cùm navigaretur, & insula fieret. Hel-  
lespontum ponte junxit, qui cùm a-  
quarum impetu fractus esset, Neptuno  
verbera infligi jussit, & in mare com-  
pedes jaci, ne sibi obstitisse gloriare-  
tur impunè, tum duplici ponte iterum  
conjunxit Hellespontum, sicque Euro-  
pæ conjunxit Asiam. Ex Abydeno tu-  
mulo copias aliquando suas contem-  
platus gaudia ob tot collectas copias  
lachrymis ob brevitatem vitæ per-  
misicut. In itinere dum Celenas trans-  
iret Xerxes, incidit in *Pythium Athys*  
filium, virum supra modum divitem,

ut

ut qui totum terrestrem exercitum hospitio exceptit, & huic stipendum ad bellum obtulit; sed liberalitatem Ptolemy Rex more barbarico remuneratus est. Filium unum ex quinque, (nam reliqui 4 tuor militabant,) quem petebat in subsidium senectutis, medium discindi jussit, & per ejus medianas partes totum Persicum agi exercitum, hoc facinore contaminatum, & ad certissimam cladem properantem.

Finem sœviendi fecit an. m. 3789. ante Chr. 464. interfectus ab Artabano Hircano genere, & regiorum satellitum Principe, qui inductus in cubiculum à Mithridate Eunicho *Xerxem* obtruncavit, moxq; perrexit ad *Artaxerxes*, monuitq; cædem à *Dario* fratre Patri illatam esse, & nisi mature provideat, eandem ipsi imminere, idoque ad celerem ultionem auxilium se suum spopondit. Persuasus nimil facile *Artaxerxes* ejusdem operâ mientem *Darum* interemit. Hoc trempto statim *Artabanus* in ipsum

B

*Art-*

*Artaxerxem* insurrexit, eumque lateri vulneravit: At is percussorem thali vulnere percutit, & mox cū septem filijs, quos *Artabanus* habebat robustissimis, alijsque conscijs, mactauit: sicquè solus in paterno solio successit *Artaxerxes*, usus alieno scelerate ad regnum securius obtinendum.

V. ARTAXERXES XERXIS. I  
filius dictus *LONGIMANUS*, quod brachium seu manum dextram levā longiorem haberet. Successit in regno an. m. 3590. ante Chr. 463.

Hic *Artaxerxes*, ut plenisque placet, *Assuerus* *Esteris* conjugio & grandi convivio in scriptarīs clarissimus est. Præter amplissimam pulchritudinemque corporis formam, etiam incredibilis ejus bellica virtus celebatur. Commendatur mansuetudo & humanitas ejus heroica declarata ab eo, tum alijs in rebus plurimis, tum erga *Themistoclem* Atheniensem, hunc enim Lacedæmoniorum invidiâ ex Græcia pulsū, hospitio be-

pigno

nignè excepit, & prudentiâ hominis perspectâ tanti fecit, ut trium opulentissimarum urbium imperio donârit, & successores inde in consuetudinem traxerint, ut cùm ab homine Græco aliquid peterent, ei per litteras pollicerentur, *majorem eum apud se Themiscole futurum.* Marcellinus lib. 30. extollit clementiam ejus, & affirmat suppliciorum varietates lenitate genuinâ ita castigare solitum, ut tiaras vice capitum quibusdam noxiis amputâit, & ne secaret aures pro delictis, ex galeris fila pendentia præciderit.

In aulicis ejus claruit præcipue *Amanus Amalezita*, quem honoris causâ patrem Regis appellatum cùm ex æmulatione cum *Mardochæo* sceleratè Judæos criminatum, & sceleratiū extirpare conatum esse, rescivisset, pœnâ dignâ afficit, edita irritat, & inde in Judæorum cædem animatos gentiles horum arbitriæ multæ subiicit. Ab eo tempore plurimū apud ipsum potuere *Eſthera & Mardochæus*, huic

28 quidem dignitas *Amani*, *Amano*: tem patibulum obtigit. In amoribus etiam præcipui fuere *Esdras* Sacerdos & *Nehemias*. Templum Hierosolymitanum & sacrificia magnifice ex fisco regio juvari jussit. Sacerdotes ab oneribus omnibus immunes esse voluit, aliaque præclara multa gessit, donec obiit anno 40. Regni mundi 3629, ante Chr. 424.

Hic idem *Aßuerus* ab *Esdra* nominatur *Artasasta*. Singulariter etiam observandum hic venit, pluribus nomen *Aßuerus* etiam nomen *Xerxis* & *Artaxerxes* ab Historicis attribui; quod inde venit, quia uti annotavit *Tirinus* in idiomatis linguis Hebraica & Graca num. 19. saepe nomina propria Hebræa, cum in aliam linguam transferuntur, ita mutantur, ut vix eadem esse videantur, maximè cum interpretes ad aliud etymon suæ linguæ alludent, sic qui Hebraicè & Chaldaicè vocatur *Aßuerus* id est *magnus Caput* seu *magnus Capitanus*, & Latine *Aßuerus*, Perhè nominatur *Ochsoarses*, *Ochsoarses*, *Xerxes* id est *belligator*, *Axurxes* *Artaxerxes* id est *aer Mars*, sic propria nomina saepe fiunt communia, hinc magnum subinde dissidium historicum.

**VI. XERXES II. ARTAXERXI**  
 successit filius unicus, intellige legi-  
 timus XERXIS II. Rex Persarum, qui  
 degustavit potius, quam rexit impe-  
 rium, intra dies 45. sublatus à *Sogdia-*  
*no*, quem alii *Secundianum* vocant, qui  
 conciliato sibi *Pharnacyā* Eunicho-  
 eum in quodam die festo ebrium &  
 somnolentum occidit, & tyrannide  
 regnum occupavit.

**VII. SOGDIA, XERXIS** fratri in-  
 heritu regnum consecutus, crudelius  
 imperare coepit, qui *Bagorazum* Eu-  
 nuchum jam pridem sibi odiosum  
 mox lapidibus obrui jussit, *Dario* in-  
 super occultis insidiis exitium ma-  
 chinatus est, quod permoleste tulit  
 exercitus, qui mox ad *Ochum* alio no-  
 mine *Darium Nothum* defecit, à quo  
 interceptus Sogdianus, cum sex men-  
 sisbus & diebus quindecim regnasset,  
 in cineres conjectus & suffocatus in-  
 terit: dignior, qui vivus flammis ar-  
 deret. *Quidam utrumque Regem*  
*Propter regiminis brevitatem omis-  
 erunt.*

VIII.

VIII. DARIUS NOTHUS f.  
Etus à Græcis, quod è pellice gen-  
erasset. Alio nomine DARIÆUS fil  
ARTAXERXIS ex Cosmardene Baby-  
nia susceptus, regnum invasit, & a  
annos 19. tenuit. Habuit is uxore  
candemque sororem, sed ex diversi  
matre Parysatidem mulierem crude-  
lem, cuius Consilio Sogianum op-  
pressit. Ex ea priusquam regnandi  
pisceretur, duos liberos suscep-  
tacan, qui postea dictus est Artax-  
xes Mnemon, patrique in regno suc-  
cessit, & Amistrin fœminam, post re-  
gnum autem occupatum suscepit Cy-  
rum minorem dictum, & alios medi-  
cim, fœcundioribus nuptiis, quam fe-  
licibus. Translatum in se regnum te-  
nuit per annos 19. variâ bellorum,  
Ætoriarum & cladi viciſſitudine.  
Priusquam autem obiret, utrumque ad  
se filium evocavit, illisque prætentio-  
bus, cum Artaxerxi natu major illo  
quem privatus susceperebat, regnum  
Cyro autem, quem Rex generat, mag-  
na

*uig ad an mundi 3743.*

nam quandam præfeturam Lydiæ &  
oræ maritimæ commisisset, vitâ de-  
cessit anno mundi 3649. ante Chri-  
stum 404.

IX. ARTAXERXES MNEMON  
ob præstantiam memoriæ sic dictus,  
initia regni sui propter rebellionem  
*Cyri* turbatiōra habuit, sed omnia mo-  
deratè sapienterque composuit? nam  
captum in aurea vincula conjecit,  
mortique adjudicatum, matris preci-  
bus donavit, & incolumem in satrapī-  
am suam remisit; qui tamen novis mo-  
tibus adversus fratrem cum confœde-  
ratis insurgens exercitum eduxit, ut  
*Xenophon* scribit, 10000. Barbarorum  
& Græcorum 12800. qua in pugna  
interemptus est, sævitumque in de-  
mortui cadaver abscisso capite & dex-  
trâ, paloqué affixis.

Fuit hic *Cyrus* ingentis animi juvenis  
liberalitate, fortitudine & comitate su-  
per Persā nobilis, nisi has artes in frater  
na odio impeditisset. Sic domito æmulo  
quadraginta annis imperium & magnā

B 4 pacem

pacem obtinuit, quam in regno  
& in Græcia magno studio, maxim  
que sumptibus stabiliendam curav.  
Clemens fuit, & naturâ, ut Plutarchus  
a<sup>it</sup>, mollior & mulierosus, usus tre  
centis & sexaginta pellicibus, ex qui  
bus suscepit centum & quindecim b  
rios. Morbo dece<sup>s</sup>s<sup>i</sup>it, quem ex animi  
dolore contraxerat Anno mundi 1689  
ante an. Chr. 364.

Pugna & cædes *Cyri* minoris sic referuntur à  
Saliano: *Cyrus* viso rege irruit in eum inflo  
sus in media acie, perque ipsam longam  
ferream pectus vulnerat, sed vice recta quid  
dam hastam sub oculum *Cyri* adgit, dom  
que Rex & *Cyrus* animosè inter se dimic  
ant, *Cyrus* ipse interficitur, & super ipsam  
concidentes octo fortissimi pugnatores si  
mulque spes omnis Græcorum accisa est.  
*PARYSATIS* *Cyri* mater incredibilem exer  
cuit carnificinam in *Carem* quendam, q  
*Cyrum* à se occisum iactabat; abreptum  
enim hominem per dies decem excrucia  
justit; inde oculis effossis in aures eius se  
fervens instillari, donec animam efficit.  
Neque minorem Rex in Mithridatem pœ  
nam exercuit, qui eandem necem sibi per  
temulentiam arrogabat; in scaphis enim

inach  
mer  
plic  
Scap  
uni,  
fina  
num  
pede  
clusa  
quer  
com  
sum  
affia  
ban  
tur  
nes,  
tinea  
excr  
visce  
hunc  
cim  
X.  
cessit  
minin  
men

inclusum computrescere vivum in excre-  
mentis iussit.

Memorabilis est crudelitas hujus sup-  
plicii, de quo ita Plutarchus scribit.  
*Scaphas duas inter se congruentes accipi-  
unt, in alteram supinum eum, qui neci de-  
finatus est, collocant, inde alteram impo-  
nunt & coaptant, ita ut caput, manus &  
pedes exerantur, & reliquum corpus in-  
clusum sit: tum cibum homini prabent;*  
quem si rejeiciat, oculos fodiendo sumere  
impellunt. Præterea mel & Lac confor-  
sum ei pro potu infundunt: tum ad solem  
assidue obvertunt faciem ejus, ut incu-  
banium muscarum examine tota integra-  
tur: cum autem iniùs faciat, qua homi-  
nes, qui edunt & bibunt, necesse habent,  
tinea & lumbrici ex tabe & putredine  
excrementorum proveniunt, à quibus in  
viscera penetrantibus consumitur. Ad  
hunc modum Mithridates septende-  
cim dies contabescens tandem interiit.

X. ARTAXERXES Ochus suc-  
cessit ARTAXERXI Patri, fratrum natu-  
minimus, nihil paternum præter no-  
men imitatus. Ne quis enim in se con-

B s jura-

<sup>34</sup> **ÆTAS V.** ab anno 3517.  
jurare posset, statim omnes filios p-  
tris sui ex pellicibus genitos, (quoru-  
m quinquaginta cum fratre *Dario* par-  
cipes conspirationis jam necati erant,  
omnes reliquos 75. unā cum conju-  
gibus uno die obtruncavit, & cognati  
orum cæde ac strage regiam imple-  
vit, ut solium securus premeret. Na-  
turâ fuit inquietus, militaris fortu-  
dinis & gloriæ crudelis affectator, &  
secundis fortunæ eventibus plurimum  
elatus, ut bella bellis continuo con-  
tenaret. Quamquam auri & argenti  
ex Ægypto subacta ingentes copie  
illi accreverint, adeò tamen avarus  
erat, ut cùm mos Persicæ Regibus esset,  
quoties in eam regionem venissent, au-  
rum Persarum mulieribus dividerent  
ipse nunquam eò acceperit, itaque illa  
suâ tenacitate voluntarium qualiu-  
lum sibi indixerit.

Demum Anno m. 3712. ante Chr.  
<sup>341.</sup> à *Bagao*, qui gente Ægyptius  
erat, militum tribunus, & conditione  
*Eunuchus*, *Oche* charissimus, dato per  
medi

medicu[m] veneno è vivis sublatus est.

Cadaver demortui *Bagoas* in Religionis suæ violatæ ultionem felibus devorandum objecit, & ex ossibus manubria gladiorum fæti curavit, Regisque funus funeribus filiorum cumulavit, servato uno natu minimo *Arsè*, cuius nomine nefarius parricida *Bagoas* regnaret; causam hujus sævitiae exinde haufit vir Ægyptius, quia *Ochus* occupatâ Ægypto sacras ædes diripuit & succedit, gentis religionem risit, & madato Api asinum in contumeliam Serapidis colli imperavit.

XI. ARSIS filius OCHI natu minimus ad arbitrium *Bagoas* triennio regnavit, cumq; incautiis manifestaret se *Bagoas* sceleribus offensum, vindicam meditari, eadē perfidiâ, quā pater, unā cum liberis suis à parricida sublatus est. Scribitur à nonnullis Alexandrum Magnum opera *Bagoas* usum *Arsen* interemisse an. m. 3715. ante Chr. 338.

XII. CODOMANUS cognomen to DARIUS, ultimus Persarum Imperator. Filius hic fuit ARSAMUS, quem Dio-

Diodorus ait fratrem fuisse Artaxerxes. Militavit hic Oeho contra Casiros, & provocatorem barbarum insolentiū toti exercitui insultantem duello confecit, ideo amplissime donatus à Rege, amatus à populo, & in Bagos amicitiam singularem admisus, ejusdemque opera ad regiam dignitatem evectus est. Quem his quoque ut antecessoribus insidias detinat p̄denter p̄venit, & venio, quod in suam necem paratum erat, bibere adegit. Sic homo scelerum incidit tandem in foveam in qua tot alios suffocaverat. Hostem hic fortissimum expertus est Alexandrum Magnum, à quo bis viētus fugatusque, regni arbitrium victori permittens jussus est. Quæsivit Darius quibus cunq; demum posset gravissimis conditionibus initis, pacifici prius & partem imperii retinere, quam totum alteri submittere. Et quia sub idem tempus contigit mors Statire uxoris Darij. (quæ cum omnibus liberis ca-

ptiva detinebatur ab Alexandro, cuius funus etiam lachrymis Alexander prosecutus est, ac magnifico apparatu sepelivit) Hoc ubi *Darius* per nuncios intellexit, et si omnia consilia in bellum converteret, decem tamen legatos ad Alexandrum misit, qui eum suo nomine laudarent, quod captivos tam humaniter tractaret, peterentque; ab eo, ut amicitia secum inita quidquid terrarum citra Euphraten esset, triaque millia talentorum & alteram filiarum suarum uxorem acciperet. Ea re ad concilium delata, *Ego* inquit Parmenio, *si Alexander essem, oblata acciperem;* *& ego si Parmenio essem,* reponit Alexander, *idem facerem, non facio autem,* quia Alexander sum Legatis deinde respondit, nec cœlum duos soles, nec orbem terrarum duos summos Princes ferre posse, proinde *Darius* aut dedicationem hodie, aut in crastinum bellum pararet. Igitur *Darius* tertiam nunc vice duplicatis copijs, exercitu scilicet 300000. peditum, & 100000. equitum

tum renovavit bellum contra Alandrum, nec feliciore exitu, quam alias. Nam fusis tantis copiis a longe impare hoste, *Darius* turpi fugā in Bactrianam compulsus, ubi *Bessi* & *Nabarzani* præfectorum conspiratione interemptus est. Cadaver eius Alexander in Persiam regiā sua chlamyde involutum reportari jussit ad matrem Sisygambem, & in regiis monumentis condi.

Tradunt aliqui *Dario* adhuc spūti Alexandrum supervenisse, ejusque calamitatēm vehementer indolūtū, cūmque *Darius* orāisset, ut eadem suam ulciscivellet, Alexandrum se id facturum recepisse, & in persequendo *Besso* multum operæ impendisse.

Erat *Darius* ingenio miti & simpli-  
ci, sed quod adulatores Regum & au-  
larum pestes non raro corrumperent.  
Cicero in Tusculanis intemperante  
illum notat: *Darius*, inquit, *in fuga*  
*cum aquam turbidam & cadaveribus in-*  
*quinata* *bibisset*, *negavit* *unquam se bi-*  
*bisse*

bisse jucundius. Nunquam videlicet su-  
ens biberat. Atque ita tandem fune-  
sto epilogo Persicam Monarchiam Da-  
rius tragicus actor, & ultimus Impe-  
rator terminavit an. m. 3724. anno re-  
gnisui 9. Imperij Persarum 208. Alex-  
andri Magni 7. Olymp. CXII. an. 3. à  
Roma condita 423. ante Christ. 329.  
cùm stetisset annis ducentis & octo,  
ex quo Cyrus superatà Babylone im-  
perium traduxit ad Persas.

106 300 106 300 106 300 106 300 106 300 106 300 106 300 106 300

### S. 5. *Ortus & Occasus*

#### *Regnorum.*

**M**Erítō posset Græcorum impe-  
rium ab Alexandro homine  
Græco partum, & annis aliquot pos-  
sessum, ab eodem in annis ejusdem  
numerandis inchoari, quia tamen Asi-  
ani, quorum consuetudine Judæi, qui  
libros Machabæorum, uti & ipsi Asia-  
ni scripserunt, initium regni Græ-  
corum à *Selenco* primo, qui *Nica-*  
*nor* dictus est, duxerunt, horum ve-  
stigiis & temporum ordini insistendo,

Alex-

40  
Alexandri Imperium veluti medi Persarum inter & Græcorum, & quidem huic paragrapho, quo ortus & occasus regnum calculandus est, inferitur: quia post mortem Alexandri ex uno illius imperio quatuor præcipua (alii dividunt in multo plura minoria regnum) divisorum capitulum us facta dilaceratione enata sunt. Ex quibus deinde adversis bellorum flamnis irrestringibili conflagratione novum Græcorum imperium veluti redivivus Phœnix Monarchicus suum extraxit.

*Synopsis brevis vite Alexandri Magni & rerum huius gestarum.*

ALEXANDER PHILIPPI filius ob terrorem starum excellentiam MAGNI Nomus affecitus. Natus est Olymp. C VI. m. L an. m. 3698. Romæ conditæ 398. ante Cai. 355. in cuius nativitatis die tres simulatios nuncios pater accepit, primo Illyrios à Parthenone ingenti prælio superatos. Secundo in Iudis Olympicis se penititate equi

equi vi<sup>to</sup>rem fuisse declaratum , tertio na-  
tum sibi ex Olympiade uxore sua Alex-  
andrum.

Eadem nocte , quâ in lucem Alexander  
editus est, Diana templum Ephesi deflagra-  
vit , de quo dictum Timæi extat. Minimè  
id mirandum esse , quod Diana cum in partu  
Olympiadis adesse voluisse , domo suâ abfu-  
isu.

Cum annorum esset tredecim , & audiret  
patrii sui victorias , querebatur nihil sibi à  
parente suo relinquī , quo se magnum du-  
cem probaret. Anno ætatis decimo quinto  
Philippus evocavit Aristotelem ad erudi-  
endum Alexandrum , apud quem commo-  
ratus est , quamdiu vixit. Philippus porro  
Rex in ejus gratiam Stagiram patriam re-  
stauravit , & populares ejus exules in urbem  
reduxit.

Anno mundi 3716. Philippus Olympia-  
dem repudiavit tanquam suspectam adulte-  
rij , duxitque uxorem Cleopatram ATTALI  
neptem , in quibus nuptiis dum Attalus  
optasset successorem Philippo ex Cleopa-  
tra , ejus temulentiam & ebrietatem im-  
pa<sup>c</sup>to ei in caput scypho Alexander re-  
pressit in quem dum stricto ferro irruit Phi-  
llippus , fallente vestigio , inter lectos pro-  
lapsus est , cuius casum Alexander scom-  
mate perstrinxit , negans eum ex Europa in  
Asiam

42      **ÆTAS V.** ab anno 3517.  
Asiam transire posse, qui ex leto in hunc  
sine lapsu transire non posset; fugit de  
de Alexander ad Illyrios meliora opere  
tempora.

Anno mundi 3718, ante Chr. 418, Phi-  
lippo à Pausania cæso succedit Alexander,  
qui statim paternæ cædis autores & con-  
scios sustulit, ut fucum faceret suis subditis,  
cùm in sinu suo cum matre rideret & gande-  
ret. Concilium paulò pòst coëgit in Pelopo-  
neso, ubi se Imperatorem Graeciam ad-  
versus Persas eligendum curavit, sicut de  
more Lacedæmonijs resistentibus.

Anno mundi 3719, dum Alexander in  
Thracia versatur, Græci Demosthenis au-  
toritate & epistola persuasi, ab eoque  
deficere moluntur: cùm vero opinione  
celerius cum exercitu adveniret, Alexan-  
der ab Atheniensibus cæterisque placuisse  
contra Thebanos, qui pertinacius in ten-  
tentia persistebant, arma transtulit, & or-  
bem illorum vi expugnatam funditus di-  
ruit, cæsis Thebanorum 9000. in ferri-  
tutem redactis 3000. Liberi autem omnes  
sub corona vñierunt. In qua strage an-  
tum pepercit Philippi hospitibus, apud  
quos puer in ea urbe obses fuerat, nec  
postoris Pindari, cuius domum solam inti-  
ctam reliquit.

Anno mundi 3720, relicta Graecia &  
Mace-

Macedoniæ administratione Antipatro cum triginta peditum & equitum quinque milibus & navibus quinquaginta per Hellēspontum trajecit in Asiam, in littore divisit inter suos omnia, quæ habebat in Europa, satis sibi esse Asiam dicitans, cuius possessionem immisit in eam hastā adjit. Pugnatum est primò ad Cranicum amnem viciisque Persæ factum est præmium victoriæ Asia pene omnis Græcorum colonijs frequen-tata. Mnemone interim Darij duce præ-stantissimo insulas Græcorum populante, & partim muneribus, partim vi ad Darij partes trahente: ubi magno bono Alexan-dri, & magno Persarum infortunio Dux ille & columen Persarum morbo interiit.

Annū mundi 3721. dum Alexander in Cyd-no fluvio frigidissimo natat contrahit peri-culosum morbum, verū morbus à Phi-lippo medico feliciter discussus est, cuius manu porrectum pharmacum hausit, licet à Parmenione monitus per epistolam, ut ab eo ejusque insidiis sibi caveret. Sic restitu-tus ad Isum venit, ubi duce Parmenione fortiter contra Darium pro totius Asiæ im-perio dimicatum est. Cæsa peditum Per-sarum centum millia, & equitum dece[m] millia, cum Macedones vix 300. pedites, & 150. equites desiderassent. Reperta in castris gaza ingens & superbissimus appa-ratus

44      *ÆTAS V.* ab anno 3517.  
ratus, mollior, quam belligerantes de-  
Capta mater Darij & uxor & filia cun-  
lio sexenni Ocho , quos Alexander ad  
splendidè ac castè tractavit, ut de se mai-  
rem hic, quam de Dario in campo vi-  
riam retulerit.

Anno 3722. Alexander venit in Phoeni-  
ciam & Judæam , ubi *Aradus*, *Biblos* & *Si-  
don* ex odio Persarum se se dedunt ; *Tyrus*  
autem Insula & maris domina resistit, sed  
& hanc expugnavit spatio. 7. mensum,  
*Tyrosque* omnes interimi iussit, & urbem  
incendi , quindecim tamen millia à Sidon-  
iis, qui Alexandro militaverant, servatis-  
donē deusta sunt; armatorū autem in urbe  
sex millia cæsa, & duo millia virorum, qui  
cedi supertuerant crucibus affixa pertor-  
littus pependerunt; statim tamen repara-  
ta est urbs, cui *Hephastionem* præfecit. Per-  
rexit inde Hierosolymam , ut vindicaret,  
ob negata subsidia , cui *Iaddus* Pontifex oc-  
currit cum agmine Sacerdotum linteato;  
Dei nomen in ejus fronte inscriptum ado-  
ravit Alexander , asseruitque Deum à se  
visum in urbe Dio Macedoniæ , in eodem  
cum Pontifice cultu. Legit quoque in urbe  
Prophetæ Danielis caput 8. & undecimum,  
atque uti verè est , de seipso interpretans  
eit , ideoque Deo vero in templo sacrifica-  
vit , & judæis permisit ex suis legibus vi-  
vere.

vere, iisque concessit, quæ lœti viatores  
bene meritis civibus donare solent. Exinde  
expugnatā Gazā, Baris Eunuchum Præfe-  
ctum urbis, quod semivir ausus esset Magno  
Alexandro resistere, talos loro trajectum  
raptari & discerpi jussit.

Anno mundi 3723. Ēgypto potitur Alex-  
ander absque magno negotio, tum Mazacā  
tum Memphis traditā s hinc Iovis Ammonis  
templum adit, ibique Iovis filius à Sacer-  
dote salutatur, unde cornua posthac ima-  
ginibus suis appangi jussit (quia Jupiter Am-  
monius arietinis cornibus insignis erat) hoc  
tamē divinitatis ambitu apud peritos  
non aliud obtinebat, quām ut scorti filius  
haberetur, quod hæc suspicio in Olympia-  
dem matrem meritō caderet.

Anno 3724. movit adversus Euphratem,  
peruenitque ad Arbela Assyriæ urbem, ubi  
Darius stabat cum peditum decies centenis  
millibus, duplò numeroiore exercitu,  
quām superiore pugnā & cum quadraginta  
millibus equitum, cum curribus falcatis  
ducentis & indicis elephantis quindecim.  
Suaserat Parmenion, ut nocte invaderet  
Persas, sed renuit Alexander, eo quod nol-  
let latrunculorum more noctis subsidio  
vincere, male, ut se fortuna paeniteret,  
nam puderet victoria. Permisit igitur ex-  
ercitu suo nocturnam quietem, cū econa-  
tra

46      ÆTAS V, ab an. 3517:

trà Persæ in armis vigilarent, unde fact  
est, ut de die recentes & robusti Alexan  
milites contra fatigatos pugnarent, & i  
gentes copias robustâ paucorum manu op  
primerent, Dario in Mediam fugiente, &  
tandem perfidâ suorum manu occidente.  
Quâ victoriâ passim innotescente certatum  
fortissimæ nrbes Alexandro ( qui magis  
victorijs, quam passibus Orientem peragra  
vit ) se subaniserunt.

Anno m. 3725. Philotas filius Parmenion  
cum aliquot sociis in conjurationis suspi  
cionem venit contra Alexandrum, ideoque  
gravissimis tormentis necatus est. Sed  
miserabilior filio pater Parmenion fuit, nam  
& ipse quoque per charissimum sibi Pehla  
mantem interfici jussus, oblatis ad Alexa  
dro litteris. Sunt qui Philotam minus la  
ciunt nocentem, scribuntque conjuratum  
à Divino & Nicomacho contra Regem suu  
fe, eorumque consilium ad Philotam dela  
tum, sed Philotâ tergiversante hac innotu  
isse Alexandro, ideoque filium & Patrem  
sublatos, quia hæc taciturnitas regno pe  
niciosa perduellio videbatur.

Anno 3726. Alexander in Bactrianam  
transiit, ut assequeretur Bessum Dary inter  
fectorem (Bessus idem apud Persas, ac apud  
Turcas nunc Baffa) qui erectam tiaram re  
giamque vestem induit, & Asia se se Regem  
Artag

**Artaxerxis** nomine assumpto promulgabat. Quem tandem post longam fugam, *Oxo* flu-  
mine transmisso, proditum à *Sipamene*, de-  
prehendit. Quem ut Parricidam flagris  
conscissum, auribus naribusque mutilatis  
*Oxatri* fratri *Darj* necandum permisit, à  
quo minutatim dilaceratus longas & atro-  
ces penas nunquam satis castigati facino-  
ris luit.

Vicit eodem anno Scythas & Sacos ha-  
benuſ invictos, quæ victoria potissimum  
Persicum firmavit imperium;

Hæc omnia tam glorioſa obscuravit Cli-  
to illata nex, hunc enim veterem *Philipp*  
Patris commilitonē (ebrius ebrium) in urbe  
Maracanda Sogdianorum, lanceā arrepta  
interemīt, luxitque postea acerbius, quām  
deceret Alexandruin.

Anno m. 3727. trajeſto Indo conflixit cum  
*Poro* acerbissimè, quem vivum cepit & hu-  
maniter tractavit, & initā amicitiā regno  
ampliore donavit. Hoc in prælio Buce-  
phalum insignem equum suum amisit, quem  
honorificè sepeliri curavit, & de ejus no-  
mine urbem ædificavit. Sed & elephas,  
cui Rex *Porus* insidebat, memorabilis fuit  
in hac pugna. Cum *Porus* eslet in ardentif-  
sima fuga, & telis gravatus labasceret non-  
nihil de belluæ dorso, tum Indus ele-  
phantem de more procumbere jussit in ge-  
nua

nua, qui ut se submisit, cæteri quoque ephantines omnes, prout erant instituti, terram corpora demiserunt, quæ res mortam injecit fugientibus, & Porum & cætros omnes viatoribus tradidit.

Reliquis vitæ annis gentes propè innumeræ usque ad Gangem rivum, & Indicum Oceanum subjugavit, ut tot successibus elatus, humanæ fortis oblitus, Damm se haberi voluerit.

Tandem anno mundi 3730. ante Chr. 153, cùm integris duodecim annis & aliquot mensibus regnasset, Babylone obiit eitate, sicut etiam compotator ejus Epiphilus intemperantiâ suffocatus est, cui paulo antè justa persolvit, & pro pompa funerali duodecim millia talentorum impedit.

Mortuus est ergo Alexander Magnus in flore ætatis & regni. O quam omnia presentatius vita brevis est! mortuus est ille, qui miraculum & portentum naturæ fuit, sic illum Cornelius à Lapide appellat ex Iustino Curtio & alijs, enumeratis ejus minime vulgaribus naturæ donis in *caput. 2. Danielis Propheta.* Mortuus, in quo fortitudinis & artuum robur conspirarunt, nullis laboribus fractus, nullis periculis deterritus, hic & tantus ebrietate mortuus est; eo vitio, quod in abjectissimum quenvis mediastinum potius, quam in tantum Principem cadere debuit!

Co  
phim  
nis A  
rant  
be &  
jacue  
comp  
dr,  
to nc  
sed &  
ti, q  
effab  
di th  
zulus  
& ba  
tura  
ri di  
non p  
virib  
tiae  
facer

Or  
A  
præ  
13 fu

Corpus Alexandri à Ptolomeo Lago Memphim in Ægyptum, & inde paucis p̄st annis Alexandriam translatum est. Memorant historiæ, quod sine aromatis, sine tæbe & sine livore ad septimum usque diem jacuerit à die mortis; quod inde ortum, quia complexionis fuit ignea, & indolis fervida. Ex hoc igneo corporis temperamento non tantum animus illi semper similis, sed & odoris aliqua acceptabilis fragran-  
tia, quam ex cute, ex ore & toto corpore effabat. Qua de causa etiam in locis calidis thura & aromata generantur, quod astus solis ibi ea percoquat, ut ignescant, & balitus igneos exspirent. O si hæc na-  
tura tam præstans, tam bene temperata pa-  
ri divinâ gratiâ fuisset condecorata, quid non præstisset? & si Alexander solis naturæ  
viribus tanta præstitit, quanta viribus gra-  
tiae naturam longè superantis Christianos  
facere oportebit?

### *Ortus Regnum ex occa- su Alexandri Magni.*

Alexander moriturus nullum re-  
gni successorem nominavit,  
frateris etiam propriis filiis. Ea  
is funestam ducum accendit æmu-  
latio.

C

ÆTAS V. ab an. 3517.

lationem, ut totidem pene re-emgerent, quot erant præf-  
duces. Summa tamen potentia i-  
tio penes PERDICCAM erat, cui mi-  
riens Alexander (an compositione  
an phrenesi actus ex vini æstu, dubi-  
tatur) annulum tradidit. Hujus ta-  
men modestiâ & tergiversatione in  
regno acceptando factum est, ut rex  
crearetur ARIDÆUS, cui PERDICAS  
copiarum dux supremus adjun-  
tur. Erat ARIDÆUS ex PHILIPPO  
Theffala Philippi scorto genitus, rex  
nomine & specie tenus factus, cui Phi-  
lippi nomen attributum, & PERDICAS  
curator factus est. Tunc satrapas  
omnes, præfecturæque in Principatu  
distributæ sunt.

Ptolomeo filio Lagi Ægyptus \* La-  
medonti Mitilinæ Syria \* Phœcia C-  
licia. \* Paphoni Media \* Eumeni Pa-  
phlagonia & Cappadocia \* Aet-  
gono Pamphilia, Lycia, & Phrygiana-  
jor \* Cassandro Caria \* Melago Ly-  
dia \* Leonnato Phrygia minor, Ly-  
dia mach.

macho Thracia \* Antipatro Macedo-  
nia \* Asiæ Superioris Provinciæ iis,  
qui tum præerant, permisæ Selenius  
sociorum equitibus præfectus est. \*  
Craterus ab Alexandro jam missus erat  
in Ciliciam cum 10000. emeritorum,  
cui quidem unâ cum Antipatro Græ-  
cia concessa est. Sic duces isti ve-  
luti catuli leonis diviserunt prædam  
Alexandri.

Ex horum ducum mutuis bellis,  
conflictibus, dilacerationibus & cæ-  
dibus quatuor præcipua regna emer-  
serunt, quæ in S. Scriptura à Daniele  
prophetâ obscuris significationibus  
adumbrantur, REGNUM ÆGYPTI à  
Ptolomeo Lagi \* REGNUM MACEDO-  
NIE & GRÆCIAE à Cassandro \* RE-  
GNUM ASIÆ ab Antigono \* & RE-  
GNUM SYRIACUM à Selenio possessum.  
Antigono postea devicto ad regna  
tria, summa devenit, ÆGYPTIACUM  
SYRIACUM, MACEDONIUM.

Minora autem regna & veluti par-  
ticularæ Monarchiæ Alexandri plura

numerantur, nimirum REGNUM CNIACUM, \* REGNUM BYTHINIE, quod Zipates Thrax occupavit. \* REGNUM PONTICUM, quod fugiens ab Antigono Mithridates restauravit \* REGNUM MEDICUM Media minoris quam invasit Atropatus, & occupatam feliciter transmisit ad posteros. \* REGNUM PERGAMENUM a Pharnaces permisum Selenuco, eoque monachum Attalo primo rege possedit. \* REGNUM PARTHORUM, qui deficiens a Selenuco novum regnum liberum fecerunt. \* REGNUM ASIAE, quod sibi condiderunt Iudei, quos Antiochi Epiphanis laxitia ad anima pro patria religione sumendam agit, & auctorem habuit Mithridates. \* REGNUM COMMAGENENSE, quo legitur in bellis Pompei. \* REGNUM SICULUM, quod Agathocles tyrannide sibi usurpare cœpit. \* REGNUM THRACIÆ, in quo Lysimachus regium sibi nomen & insigniam impvit. \* REGNUM PARTHICUM ad insac-

primo rege inchoatum \* REGNUM  
BACTRIANORUM à *Theodoto I.* mille  
Urbium Bactrianorum præfecto, ut  
ait *Justinus*, postquam is à *Selenco Gal-*  
*luco* defecit, creatum. \* REGNUM  
ARMENIACUM Armeniæ minoris à  
Zadriadere, qui inter duces Antiochi  
magni enituit & defecit, primò occu-  
patum. \* REGNUM ARMENIÆ majo-  
ris, quod usurpare incepit *Artaxias*  
primus sub Antiocho Magno præfe-  
ctus, quod regnum postmodum ce-  
lebre reddidit *Tigranes* dictus à Pli-  
nio MAGNUS.

Omnia hæc regna vel portiones  
regnorum ex cineribus Alexandri  
Magni prodierunt. Quorum regum  
omnium catalogum subiçere non pa-  
titur libelli angustia.

Pro notitia chronologicâ singula-  
riter observandum hic est: Quanquam  
Alexander è vivis, ut dictum, exceſſe-  
rit an. m. 3730. & ab ejus morte mox  
divisum fuerit in multos successores  
imperium, quia tamen imperium

C 3      quod

Quod ab ipso partum ac fundatū  
& ex usu chronologōrum atque ipsi  
etiam scripturæ in Machabœorum  
bris, Græcorum appellatur) nondū  
inchoatum est, donec res Asiarum in Se-  
leuci potestatem cesserunt, & familia  
Alexandri in Aridaeo rege Macedo-  
niæ ejus fratre, & matre Olympiade  
quoquo modo adhuc stabat, neque  
Alexandri duces apertè se se reges di-  
cebant, reliquum tempus ad Seleucum  
primum ab Alexandro imperij Graci  
fundatore appellari solet.

**Reges Ptolomæi, qui regna-  
runt in Ægypto ab anno mundi 3731**  
*Olymp. CXIV. a. I. Vrb. Conda-*

*429. ante Chr. 323.*

**Q**uia in historiis tum sacra, tum  
profanâ frequentissima mentio  
est *Ptolomaorum*, qui in Ægypto im-  
perarunt, eorum feriem præ ceteris  
pertexere libuit.

**I. PTOLOMÆUS cognomen  
to MAGNUS** filius **LAGE** Mace-  
doni

*uig ad an. mundi 3743.* 15

donis receptus ab Alexandro Magno  
inter custodes corporis ob præstitam  
patri Philippo fidem, belli pacisque  
aribus clarus, prudentissimus & for-  
tissimus. Comis fuit & charus popu-  
laribus, liberalis in omnes, dicere soli-  
tus, nobilis esse regi ditarare quam ditesce-  
re. Apellem pictorem conjurationis  
falsò apud se per *Antiphilum* accusa-  
tum, cognitā calumniā, donavit talen-  
tis centum, & calumniatorem *Anti-*  
*philum* ei in servum tradidit. Mor-  
tuus anno mun. 3767. ante Chr. 386.  
Narratur à plerisque historicis, quod  
Lagus Macedo accepit à Philippo pa-  
tre ALEXANDRI MAGNI uxorem Ar-  
sinoem jam à rege uterum ferentem, &  
genitum inde Ptolomæum æneo cly-  
peo imposuerit. Neque succensuit Pto-  
lomæus cuiquam, si scorti filius audi-  
ret, dicere solitus, si regium non est fer-  
re, cum dicto tangitur, nec illud regium  
sit, dicto quenquam tangere.

II. PTOLOMÆUS PHILADEL-  
PHIUS dictus, filius LAGIDÆ. Uno  
C 4 anno

38      **ÆTAS V.** ab anno 317.  
anno priusquam pater moreretur,  
societatem regni adscitus. Filius  
**Berenices**, quam **Ptolomaeus Laji** suscep-  
ptis jam ex **Eurydice** liberis depensi.  
Dictus est autem **PHILADELPHUS**, qui  
fratrem suum uterum iudicis filii  
parientem, & præterea alium adhuc  
fratrem anonymous, **Cyprius** ad de-  
fensionem sollicitantem intercessit.  
que fraticidii reus melior potuer-  
fuit, quam regni candidatus.

Inter præclarè gesta memorabiliorum  
illud reliquit posteritati, quod anno mili-  
**3770** LXXII viros peritissimos hebreo-  
Hebraicæ & Græcæ convocarit, auctis  
magnis sumptibus, ut scripture sacra libe-  
bros hebraicè scriptos accuratè in graecis  
converterent, de qua versione **memori-  
abilibus sexta statutus.**

Fuit & ipse eruditissimus & erectorum  
amator insignis, convocatis ex orbe docti-  
simis quibusque scholas Alexandrinas pro-  
ruit, ibideinque condidit bibliothecam au-  
bilissimam, in qua volumina 70000 nu-  
meravit. Præceptore in juventute eius fuis-  
et **Stratones Philosopho**, cui talentsa hoc  
est, Coronatorum 48000, donavit  
liberis

Urbes numeravit in ditione sua 33339.  
unde Philo refert tantæ illum magnificen-  
tia monumenta erexisse, ut proverbialiter  
dictum fuerit de sumptuosis operibus *Phis*  
*ladelphæa opera.*

Cum podagricis doloribus vexaretur,  
multos sumptus in venatores erogavit,  
quorum studio multa de animantibus ex-  
ploravit, quæ ignota erant, & apta homi-  
num valetudini & usibus. Judæorum sacra  
& legem liberalitate multum promovit.  
Mortuus est anno regni 40. an. m. 3906:  
ante Chr. 247.

III. PTOLOMÆUS EVERGE-  
TES filius PHILADELPHI ex conjugie  
Arsinoë. Successit patri anno m. 3808  
ante Chr. 245. Variis bellis implicitus  
fuit, & secundâ plerunque fortuna  
usus. Domitis regibus benignum se se-  
exhibuit, iratum autem se præbuit  
Onia Judæorum Pontifici ob non so-  
lutum tributum 20. talentorum, qui  
bus tamen iterum placatus est. Post  
occupatam Syriam adjicit Hierosoly-  
mam, & more Judaico sacrificium  
peregit. Dicitur autem EVERGETES

C 5 ob

58      **ÆTAS V.** ab an. 3117.  
ob restitutos patrios Deos. Victo-  
nim *Selenco Callinico*, Syriam crude-  
ter diripuit. 40000. talenta argen-  
& vasa pretiosa inde tulit, nec non si-  
mulachra Deorum 2500. quæ Cam-  
byses captâ Ægypto in Perlas porta-  
verat. Finem vivendi fecit anuore regni  
26. an. m. 3833. ante Chr. 218.

IV. PTOLOMÆUS PHILOPA-  
TOR filius EVERGETÆ ex Cleopatra  
conjuge natus. Hic *Magus*, cathe-  
rûmq; fratrum cæde, meru domelci  
motus solutus, totus voluptatibus  
pibus immersus fuit, permisâ regni  
curâ *Sosibio* & *Agathocli*, quorum ope-  
rà bella gessit, ipse autem voluptate  
bus indulxit, quapropter virtibus ex-  
haustus florenti ætate decepit, relitta  
regni & filii tutelâ *Agathocli*. Dic-  
tur à *Zonara Eupator*, & scribit *Jus-  
nus ipsum* ambas matres & *Cleopatra*  
& *Berenicem*, ex qua *Magus* genitus  
erat, interfecisse, & inde hoc cogni-  
mentum accepisse. Ab ejus fratribus  
divinitus servatos esse *Judæos* scribit  
*Cedre*

usq; ad an. mundi 37431 59

Cedrenus. Mortuus an. m. 3850. ante Chr. 205.

V. PTOLOMÆUS EPIPHANES  
filius PHILOPATORIS ex Arsinoe, dictus  
Epiphanes, quia fuit derelictus à patre  
decedente quinquennis sub tutela  
Agathoclis. Ab Antiocho oppugna-  
tus, strenuè à Romanis defensus &  
fide optimâ conservatus est, eidemq;  
Antiocho per Cleopatræ filiæ connu-  
biū conciliatus: factus sui juris adst.  
tit Romanis contra Antiochum. Vo-  
catur à Catone rex optimus & bene-  
ficentissimus. Mortuus est anno mun.  
3874. ante Chr. 179.

VI. PTOLOMÆUS, dictus Phi-  
lometer, filius Epiphanis è Cleopatra  
genitus, frater Ptolomei Physconis  
quem adversarium habuit & invasio-  
rem ditionum suarum conjuratum  
cum Antiocho, à quibus tamen Ro-  
manorum jussis & armis defensus &  
restitutus. Habuit in summo hono-  
re ONIAM Onia Pontificis filium, &

C 6

in

in præfectura Heliopolitana tem  
Hierosolymitani similis extruendip  
testatem fecit. Generum suum Alex  
andrum Syriæ regem variis fraudi  
bus circumvenit, specie amicitia in  
civitates illius ingressus, in quas cum  
amicè recipereatur prætextu auxili  
contra Demetrium ferendi, mutatis  
præsidiis in eisdem se communia, &  
duplici coronâ, Ægypti simul & Sy  
riæ sese insignivit: Demetrio insuper  
filiam suam, quam Alexandro conj  
gem dederat, tradidit alteris uxoris  
copulandam, & tandem uxore & regno  
spoliatum, ipsâ quoque vita privata  
non alia de causa, quam stimulo am  
bitionis, ut scriptura testatur. Sed  
& Philometor perfidiæ & ambitionis  
scelus mox luit: namque congreſſus  
cum Alexandri acie, eundem quidem  
fugat, sed & ipse equo excusus le  
thaliter vulneratur in capite, in cuius  
curatione, dum ossa medici tenta  
re contendunt, expirat. Alexander  
autem, qui fugerat in Arabia, ibi  
dixit

dem à Zebdiele Dynasta interfectus est, ejusque caput Ptolomeo missum, quod tamen Deo ultiōem accelerante vix accepit: nam tertio die post inflatum vulnus obiit. De Zebdiele dubitatur, an sponte Philometori gratificari voluerit Alexandrum interficiendo, an verò ad hoc conductus siccarius fuerit. Hæc contigere anno 3908, ante Chr. 145.

VII. PTOLOMÆUS PHYSCON  
à Josepho, Strabone & Clemente Alexan-  
drino vir ventricosus à belluina ven-  
tris obesi magnitudine, ab Epiphanio  
dictus *Philologus*, ab Eusebio dictus  
*Evergetes*, qualem se ipse appellari vo-  
luit, ab Alexandrinis autem dictus  
*Cacergetes* sive *Maleficus*. Strabo  
hunc *Ptolomaum* septimum inter de-  
terrimos & nequissimos numerat. Re-  
gnare cœpit an. m. 3909, ante Christ.  
144. Demetrij Nicanoris, I. Imper.  
Græc. 167. regnavit annis 28. quos  
summa crudelitate & tyrannide ex-  
plevit usque ad annum scilicet 3936.  
ante

ante Christ. 117. quo vitam monstra  
hoc finivit.

De ejus ingressu in regnum ita Iu-  
stinus: *In Ægypto mortuo Rege Ptole-  
maeo, ei, qui Cyrenis regnabat, Ptolomas  
per legatos regnum & uxor Cleopatra  
regina soror ipsius deferitur, ut della  
reginâ simul rex esset & tuor populo-  
rum. Latus igitur hoc solo Ptolomaeus quod  
fine certamine fraternalium regnum in-  
pisset, in quod subornari a manu Ca-  
patra & favore principum fratrum homi-  
cognoverat. Caterum infestus omni-  
statim ubi Alexandriam ingressus obli-  
tores pueri trucidari jussit. Ipmenon  
puerum die nuptiarum, quibus matrona  
ipsius in matrimonium recipiebat, in-  
ter apparatus epularum & solemnia reli-  
gionum in complexum matris interficit, atque  
ita thorum sororis cede filij ejus cruentu-  
ascendit, post quod non minor in popula-  
res fuit, qui eum in regnum vocavant.*  
haec Justinus.

Alij insuper meminerunt, quod sonna-  
tuam ac conjugem, postquam filio obli-  
titat,

verat, tandem etiam conjugali thoro expulerit, filia ejus Cleopatrā minore, quam virginem stuprārat, in matrimonium adscitā. Præter multiplices alias cædes frequens juventute gymnasium Alexandriæ armis & igne circumdedit, omnesque qui in eo erant partim ferro, partim flammā necavit, cūmque plurimis interfectis reliqui litterati viri diffugissent, ferme omnes urbes viris Grammaticis, Musicis, Medicis, Pedagogis complectæ sunt, qui ob paupertatem docentes passim multos viros eximios effecerunt. Et tametsi ipse eruditio- nis expers non esset, multum tamen eruditos affixit.

Cūm aversos ob tyrannidem Alexandri- norum animos luspicaretur, plerisque dilapsia editio peregrinos Alexandriam sollicitavit, quibus mox æque factus invisus, metu insidiarum cum conjugè tacitus exulatum abijt, ac veritus, ne filius natu maximus, quem habebat, rex crearetur, hunc Cyrenis accersitum jugulavit. Idem deinde ausus in alterum Memphiten, cūm studio erga tororem statuas suas ab eo defestas esse arbitraretur, liberalis formæ, optimæque indolis & spei puerum occidi jussit in Cypro, crudelissimi facinoris spectaculo oculos suos depascens, ac pedes corpore detruncatos, caput, manusque

ia

in cista chlamyde opertâ pro munere  
litio matri transmisit. Hujus Ptoloma  
mentio lib. 1. Machab. c. 15.

VIII. PTOLOMÆUS LATHU  
RUS, alio nomine LATHVRUS, f  
lius Ptolomei *Physconis* ex Cleopatra mi  
nore, sive filia majoris Cleopatra, quam  
*Physcon* repudiavit: fratrem habuit  
Ptolomaum *Alexandrum* & sorores *Se  
leucen*, *Cleopatram* & *Gryphonam*. Re  
gnare cœpit post obitum patris.  
m. 3938. ante Chr. 115, matris suæ.  
vitiâ & fraudulentâ regno ejus est,  
& statuarum demolitione gravi ot  
tumeliâ affectus in Cyprus exilium  
discessit, sed inde à Ptolemaide collus  
evocatus contra *Alexandrum Jamnum*  
regem Judæorum, victum ingenti  
clade sternit, cæsis ex ejus exercitu  
30000. & Judæam igni ferroque va  
stat; deinde Ægypto frustratentat,  
quod mater terrâ marique bellum  
contra ipsum instrueret, in Cyprus  
reimeavit, ac demum post obitum su  
tris & fugam *Alexandri* fratris sui

(qmem)

(quem mater in regnum intruserat,  
quamquam junior esset Lathuro) re-  
gnum recipit, & Thebanorum defe-  
ctionem ita deinceps ultus est, ut nul-  
lum pristinæ fortunæ vestigium reti-  
nuerint. Uxorem duxit sororem su-  
am Cleopatram, iterumque illâ dimis-  
sâ duxit sororem alteram Selencen re-  
pudiata Cleopatrâ, quæ cum in Syria  
*Cyziceno* nupfisset, eiique exercitum  
Cyprium quasi dotalem adduxisset,  
viribus Ptolomæo parem effecit *Cyz-*  
*cenum*, unde ingens postea prælium  
exarsit, quo tamen superior factus Pto-  
lomæus in fugam *Cyzicenum* conver-  
tit, & urbem Antiochenam expugna-  
vit. Regnavit annis 36. usque ad an-  
num mundi 3973. ante Chr. 80.

Aliqui hic PTOLOMÆUM ALEXANDRUM  
*Lathuri* fratrem ponunt ordine nonum, sed  
videtur Lathurus potius nomine regis po-  
nendus: quam Alexander, qui nec regnum  
possederat justo titulo (*Lathuro* in *Cypro*  
ad tempus exulante) neque retinuit: cum  
enim mater etiâ hujus filij sui, quæ aliâs in-  
credibili amore prosequebatur, insidijs sese  
appe-

appeti tandem suspicaretur, effecit, ut puli concursu in *Con* insulam exulatur ejaceretur, ubi vitam in fortuna privata finivit. Tanta hujus Alexandri obesitas fuit, ut nonnisi duobus suffultus incedere posset.

**IX. PTOLOMÆUS ALEXANDER** dictus *Ptolemaeus Lathuri* ex fratre nepos, quem an. m. 3973. ante Chr. 80. *Sylla* sperans multum se auriculatum ex regno opulentissimo, alexandrinis obtrusit. Sed cum *Sil* auctoritate & viribus fretus insolens imperaret, decimo nono die regis minis è regia à seditionis protracta atque injurijs & ignominijs appetitus & necatus est.

**X. PTOLOMÆUS AULETES**, quem *Lathurus* suscepit ex *Selinus*. *Auletes* regnum retinuit post Alexandrum, sic dictus, quod nullâ dignitatis habitâ ratione choraulam exercentem non erubesceret. Eundem *Eusebius* & alij vocant *Dionysium*, sed usitatum nomen illi *Auletes* tribuitur, quo *Cicero* eum appellat, ad differentiam *Ptolemaei Dionysij*, qui ejus filius & Cleopatra

patræ frater fuit, in qua stirps Lagi-  
darum defecit. Regnavit annos 30.  
usque ad annum m. 4003. ante Chr.  
50. liberos genuit, *Ptolomaum Diony-  
sum, Ptolomaum, Berenice, Cleopatram  
& Arsinoen.*

Vitæ fuit flagitiosissimæ, & ob profusis-  
simas largitiones suas, quas fecit, ut Roma-  
num societatem obtineret, populum  
gravissimis exactionibus ad ærarij supplen-  
das angustias expilavit, ideoque in odio  
habitus, & Cyprum à Romanis repetere  
iussus, cùm tumultuanites compescere non  
posset, Romanum profugit, ibique de faci-  
enda restitutione Cypri ob inexplicabilem  
Romanorum procerum avaritiam omnia  
frustra molitus Ephesum concessit, ubi à  
Pompejo litteras ad Gabinium impetrat,  
eaſqué opem rogaturus in Syriam secum  
deportat: & cùm decem millibus talento-  
rum hoc est 6000000. Coronatorum Ga-  
binium expugnasset, atq; ad expeditionem  
pro se fuscipiendam excivisset, regnum re-  
cuperat, quod exilio efferratus, & ceu ferro  
partum asperius administrat. Præter alias  
cædes, filiam Berenice, quæ se reginam  
post fugam illius gesserat, crudeliter pere-  
mit, atque ob factos immensos sumptus ad  
novas rapinas conversus, sine cauta, & sine  
dif-

discrimine, tantum pecuniae desiderio, cupletissimum quemque bonis & vita spiliavit. Annotavit ex Cicerone Strabonante Aulete Ægyptiaci regni redditus fuili 12500. talentorum, id est, coronatorum ad nostram monetam 750000. refert Plutarchus M. Crassum voluisse ab eo Ægyptum Romanis stipendiariam facere.

XI. PTOLOMÆUS cognomento DIONYSIIS regnare cœpita anno m. 4004. ante Chr. 49. una cum Cleopatra famosa illa regum regina (ut sece appellabat) sic enim pater quis moriens testamento jussiferat, ut fuis regnaret cum sorore. In regimine annos transegit quatuor, in Nilo submersus an. m. 4007. ante Chr. 46.

A Senatu Romano tutorem accepentes Dionysius & Cleopatra Pompejum, cum que Dionysius vixdum natus annos 13 per propinquos, & familiares Cleopatram expulisset, magnis utrumque exercitibus dimicatum est, Cleopatrâ demum cedente Pompejum quoque ex pugna Pharalica se profugum, auctoribus Theodoto preceptor, & Photino eunucho, per Achilliam saltit, & caput una cum annulo Cæsari initit,

tanqu  
grati  
cum  
grav  
men  
mox  
præt  
titue  
que d  
amea  
duce  
rit, c  
aude  
fris  
Nilc  
gien  
C  
cum  
tuo  
Æp  
soc  
fari  
bell  
visit  
imp  
bella  
um,  
cata  
non  
bus  
tau-

tanquam pignus singularis amicitiae; à quo  
gratiam, quam speraverat, non assecutus,  
cum forore Cleopatra pacificari jussus,  
gravissimos tumultus concitavit, quos ta-  
men Cæsar's dexteritas sedavit: cùmque  
mox scelere Photini redditum esset ad arma,  
prætextu novæ pacificationis à Cæsare in-  
stituendæ, reposcitur ad Cæsarem, iterum  
que dimissus humaniter, benefactori grati-  
ameam retulit, ut & seditione multitudinē  
ducem se præbuerit, & bellum acrius urse-  
rit, cùmque bello cum Cæsare contendere  
auderet, ab eo magnâ strage devictus, ca-  
tris exutus, in fugam conjectus periret in  
Nilo, nave, quam in fuga condescenderat, fu-  
gientium multitudine submersa.

Cleopatra extincto fratre Dionysio, inito  
cum altero fratre Ptolomeo, æque inces-  
tuoso secundum pessimam consuetudinem  
Ægyptiorum connubio, & tori & regni  
socia iterum facta, & simul ardentiore Cæ-  
sar's amore accensa est, ideoque post de-  
bellatum Scipionem in Africa, Cæsarem in-  
visit Romæ, filioque sibi nato ab eo nomen  
imponit, Ptolomai Caesarionis; deinde Dola-  
bella auxilia subministrat contra Treboni-  
um, & apud Antonium in suspicionem vo-  
cata, quod Cassium pecuniis juvisset, hunc  
non solùm placat, sed & insani suis amori-  
bus planè clementar.

A quo

A quo tempore variis griffata sc  
ribus, & fratrem maritum & Arha  
fororēmque per Antonium interfe  
curat, ab eoq[ue] REGINA REGUM n  
Phœnices, Celæsyria, Cypro aliisq[ue]  
Provinciis salutata, tandem etiam  
ipsum Antonium, ut Oslavia repu  
diatâ se in thorum conjugalem respe  
ret, impellit; ideò hostis iudicata &  
declarata ab Augusto Cæsare, & post  
infelicem ad Actium pugnam Aem  
driâ obfessâ & capta à C. Ptole  
(esthic, quem celebrat Horatius lib. 3  
carm. od. 2.) cùm ad triumphantem  
secesseret didicisset, seu alporem  
morsu, seu veneno dilitorio mor  
tem sibi conciliat, cùm vixisset annis  
39. & regnasset annis 20. usque ad an  
m. 4024. ante Chr. 29. mense Augusto  
postquam ex Antonio genuisset Alexan  
drum, & Cleopatram gemellos, quos  
Antonius Solus & Luna cognominare  
pellari voluit, & Ptolomeum. Si quis  
Alexandria, & cum ea tota Ægyptus  
Romanorum effecta est, & Lagidum

fami  
in A  
ritu  
expe  
Acti  
Li  
Cæsa  
viā d  
missu  
eiusde  
Ægy  
rex r  
cuit,  
Ari  
si C  
esse  
M  
po  
PC  
m  
rame  
perpe  
fam

familia extincta, postquam 295. annis  
in Ægypto regnasset. Plura de inte-  
ritu Antonij & Cleopatræ §. de bellicis  
expeditionibus ætatis 6. ubi de pugna  
Actiaca mentio fiet.

Liberi à Cieopatra ex Antonio geniti à  
Cæsare in triumpho duclii sunt, ab eoque  
vía donati; *Ptolemaeus* autem Cæsaris per-  
missu à matre *Cæsarion* cognominatus, ob  
eiusdem contra *Tribonium* studium, rex  
Ægypti salutatus à *Triumviris*, & postea  
rex regum, quod *Cæsarion* plurimum no-  
cuit, etenim Cæsar persuasus à Philosopho  
*Ario*, non bonum esse *Cæsarionem vivere*,  
si *Cæsar vivit*, Cæsaris jussu jugulatus est.

*Magistratus Romanorum*  
post regifugium Tarquinij Super-  
biusque ad an. m. 3743. ante  
Christum 310.

Postquam à senatu populoque Ro-  
mano decreto sanctum atque ju-  
ramento confirmatum est, abdicare in  
perpetuum regiam potestatem prop-  
ter

72      *ÆTAS V. ab anno 357.*  
ter Tarquini superbi insolentiam  
ereditam, primi consules creati su-  
*L. Junius Brutus & L. Tarquinii Ca-*  
*latinus* ambo patricii, & ab hoc tem-  
pore universa res publica esse capta in  
potestate patriciorum Anno m. 354.  
Urbis cond. 508. ante Chr. 244.

Tarquinio lapidem omnem mo-  
vente ut amissa recuperaret, consti-  
tis intus & foris molitionibus pa-  
losis coniurationis pro redendo  
Tarquinio complices quoque depe-  
hensi sunt duo filii Brutti, & duo Apo-  
lij consulis Collatini nepotes quos  
cùm innotuisset consulibus, duos  
filios suos ad tribunal suum à lictori-  
bus adduci jussos in populi confes-  
tu, ætatem commiserant, priores  
affectiones & virgis fœdè laceratos leco-  
ri percuti jussit: tum Aquilios colle-  
gæ nepotes ad eandem pœnam depe-  
scit, pro quibus cùm Brutum or-  
avunculus, ille contrà convocato-  
pulo Collatinum collegam ut fa-  
rem tyrannorum accusavit, & eum

uti cognitione, sic & voluntate con-  
junctum esse arguit, tantumque effe-  
cit, ut abrogato magistratu abire ex  
urbe juberetur, qui *Lavinium* profe-  
ctus, ibi consenuit & mortuus est.  
*Braus* autem ne videretur regni cupi-  
ditate collegam expulisse, assumpsit  
secum in consulatum *P. Valerium*, cu-  
jus consensu supplicium sumpsit de  
omnibus conjuratis pro restitutione  
Tarquiniorum, deinde præcipuos ex  
plebe in patriciorum ordinem adle-  
gerunt, & ex his senatum ad nume-  
rum trecentorum suppleverunt; cœ-  
dibus enim & exactiōibus & bellis  
à temporib; *Tarquinij Prisci* defece-  
rat magistratus, ut 164. ex legitimo  
numero deessent.

*Tarquinio superbo* occultis artibus nihil  
efficiente, apertam in vim machinationes  
eruperunt utrimque collectis & in aciem  
eductis magnis militum copiis. Cumque  
*Arvns Tarquinius* convitiis Brutum lace-  
ret, mutuò provocati, uterque extra or-  
dines procurrunt, tantoque impetu equos  
tradverso committunt, ut sarissis per cly-  
peos

D

**74**      *ÆTAS V. ab an. 3517.*  
peos & thoraces adactis , certo ut-  
icatu sit confossus , cuspide alter in co-  
in ilia alter impacta . Ducibus ita pro-  
tis reliquæ copia magno clamore con-  
rere , paribusque damnis nisque ad fuisse  
casum ducum jacturam vindicare , donec  
*Valerius* hostilia castra nostri benvolo re-  
vasit & cepit . Postridie spoliis bellicis  
cadaveribus , suisque humatis , in urbe  
rediit senatu honoris causa obitum pro-  
grediente , postero die pulchra de Brux  
collegæ corpus in honorem eius pu-  
blicè in foro populo proposuit , nonne  
soque tribunali funebri oratione recita-  
vit .

Cum porro *Valerius* collegan finiti-  
scere cunctaretur , & nihilominus con-  
uentiore urbis loco ædificare , omnino  
nem venit affectati regni , quia deinceps  
nitus ab amicis , indictis comitis & *Con-*  
*zium* consulem legit , quo post patrem  
defuncto *M. Horatium* , quintum mo-  
no consulem assumpit , & donum han-  
summo tumulo in imum clivum tra-  
dit , multisque rebus è populi testi-  
stitutis *Poplicola* nomen adeptus est .

Tenuit deinceps consuetudine  
sules annuatim eligendi , penes  
est potestas summa usque ad am-

3604  
303  
latu  
fino  
his  
censi  
senat  
estet  
quod  
buni  
Claus  
diu  
raru  
pop  
nem  
nibu  
crea  
bus a  
cia at  
pitius  
muliu

Ex h  
fasces  
laris di  
endam  
tum à

3604. ante Chr. 449. conditæ urbis  
303 Olymp. LXXXII. an. 3. consula-  
latum gerentibus **Appio Claudio Cras-**  
**sino Regillensi & Genucio Augurino ex**  
**his Appius Claudius** primus fuit, qui  
censuit esse eligendos **Decemviro**s ex  
senatūs primoribus, quorum annum  
esset imperium & potestas consularis;  
quod consilium approbantibus Tri-  
bunis & populo, uterque consul **App.**  
**Claudius & Genucius** progressi in me-  
dium consulairem magistratum eju-  
rārunt: quos propterea vehementer  
populus laudavit, eorumque ratio-  
ne in creandis **Decemviro**s præ om-  
nibus habuit: namque hi ipsi primi  
creatissunt, tum **P. Sextius**, & his tri-  
bus adjuncti legati, qui leges ex Græ-  
cia attulerant **Sp. Posthumius, Ser. Sul-**  
**pitius & A. Manlius**, denique **F. Ron-**  
**milius** cum aliis tribus Patriciis.

Ex his constitutis **Decemviro**s penes unum  
fasces erant per 10. dies, & reliqua consu-  
laris dignitatis insignia: reliqui ad minu-  
endam potestatis invidiam habitu non mul-  
tum à privatis differebant, sicque mutatis

D 2

vici-

yicibus administrabant singul rempub  
cam. Penes quem autem fasces erant, i  
convocabat senatum, decreta confirmaba  
& pro imperio cætera agebat. Hanc fo  
mam magistratis quanto aplausu populu  
approbat, tantâ mox displicentiâ repu  
diavit. Cùm enim factâ jam tertâ crea  
tione *Decemvirum* clandestino inter ipsos  
jurejurando foedus ictum esset, ne quis ex  
collegio alteri adversaretur, sed quod uni  
placuisset, omnibus probaretur, nè co  
mitia haberent, sed perpetuo retinente  
imperium singuli que pari honore ac pot  
estate essent, senatus consulto ac populi  
scitis raro & nonnisi necessario uterentur;  
primo die honoris, singuli regio cultuum  
fasibus ac securibus processerunt; magno  
cum totius populi terrore, dicentis, *pro  
uno rege decem habituros.* Neque eorum ad  
ministratio à tyrannie aberat, hanc pr  
aliis exerceente *Appio*, qui alii *Duum  
viris* adversus sabinos cum exercitu pro  
fectis, *Siccius Tribunum plebis, palmis mil  
itaribus illustrem interfici curavit.*

Videns quoque Virgineam quandam  
nomine, *Auli Lucij Virginis* plebei ho  
minis optimi & honestissimi filiam, in her  
decore conspicuam, eā secundum suam lib  
dinem abuti proposuit, ad quam etiamque  
blanditiis, nec donis, nec precibus perin  
tere.

gere posset, ad crudelē vim animū con-  
vertit: ideoq; cuidam clienti suo negotiū  
imposuit, ut Virgineam transeuntem secus  
forum observaret, & eam tanquam manci-  
pium suum fugientem arriperet, & confe-  
stim, si quis obstaret, coram Appio in cau-  
sam traheret: quod & factum: puellæ enim  
ad forum venienti manus injectit calumnia-  
tor & mendax plagiarius, tanquam fugiti-  
vomancipio: puella verò pavida, clamau-  
do tunc quidem liberata est, altero autem  
die ad Appij tribunal à plagiario in jus vo-  
cata, tanquam serva fugisset à domino.  
Quod inaudiens puellæ pater, & advertens  
ab Appio sibi & filiæ vim inferri, ab eodem  
obtinuit, ut sibi in conspectu nutricis loqui  
fas esset, ut fortè erroris veritate compre-  
hendat mancipium cum minore noxa sui conce-  
deret, cumque aliquantulum (in conspectu  
tamen curiæ) ab Appio pater recessisset,  
sumpto cultro, inquit, dilectissima filia, quā  
possum viā ego libertatem suam vindico, &  
statim spectantibus omnibus in filiæ pectus  
tam altè cultrum immergit, ut continuò ex-  
piraverit, ac sic libidinosi Appij per inno-  
tentis cœdem spes exinanita est, populus  
utem universus in furorem aëtus: pater  
quoque Virgineæ mox ad libertatem non  
mitto conatu, inde plebem concitat, & in-  
dū milites ad defensionem provocat, quos

D 3

sacra-

**ÆTAS V.** ab anno 3517.  
sacramento solutos ajebat, eò quod mag-  
stratus transacto legitimo tempore, legi-  
mus non esset. Ergo miles in urbem rever-  
tit, & *Aventinum* occupat, totaque castra  
à *Decemviris* deficiunt, inde *M. Duillio* hor-  
tatore (erat hic tum temporis tribunus,) transeunt in *Montem Sacrum*, ibique caltra  
locant: victique *Decemviri* se imposterum  
in patrum potestate futuros affirmant, vi-  
tam orant, simulque monent, nè suo san-  
guine populum astuefaciant ad Patrum sup-  
plicia. *Valerius* & *Horatius* à senatu missi  
ad plebem furiosam revocandam & miti-  
gandam initis conditionibus, quas pieb.  
postulabat, tumultus componunt.

Compositis motibus pro consili-  
bus creandis & tribunis conventum  
est, factique consules *Valerius* dictus  
*Publicola positus* & *M. Horatius* dictus  
*barbatus*. Posthæc contra *Duumvirus*  
judicio agitur. *Appius* à *Virgine* ac-  
cusatus perit in carcere, vel tribun-  
rum jussu, vel laqueo sibi ultrò acci-  
dit morte. *Oppius* quoque necatur in  
carcere: reliqui sponte exulant, sed  
eorum bona publicantur, & à quanto-  
ribus in ærarium referuntur: *Virginea*  
calum.

calumniator in exilium abigitur, cæ-  
teris administris *Decemvirorum* venia  
impertitur.

Deinceps annuatim consules crea-  
ti sunt. Sed duravit iterum hic magi-  
stratus consularis tantum ad quinque  
annos, quando ad tribunos plebis  
militares creandos, qui consulari po-  
testate præfessent, rerum novandarum  
cupidus polyformis gentis Romanæ  
Protheus animos convertit. Creati  
igitur sunt ex Patriciis Tribuni mili-  
tares *Sempronius*, *Atratinus*, *Atilius lon-*  
*gus* & *C. Lalius Siculus* an. m. 3611, ana-  
te Chr. 441. Olymp. XXCIV. an. 2.  
urbis cond. 310. sed per brevis etiam  
hic magistratus fuit; tertio enim men-  
se, augurum decreto, perinde ac vicio  
creati essent, honori abdicaverunt.  
Unde intelligi potest, quantum augu-  
rum vanissimæ disciplinæ tribuerint  
Romani, cùm primarij magistratus  
tantâ contentione expetiti ad augu-  
rum arbitria, officio decederent. Hic

D 4

ad

ad priorem formam consules item  
creati è Patriciis *L. Papirius Mag-  
lanus, & L. Sempronius Atratinus*, al-  
que, qui per aliquot annos cum con-  
sulari potestate successerunt: donec ite-  
rum fluctuare cœpit hoc inquietum,  
& continuâ varietate alternans mag-  
populi Romani, mox consules, mox  
tribunos militares, qui consulari quo-  
que dignitate eminerent, postulans  
ac extorquentis: habueruntque im-  
perium paucis interventionibus, qui  
consules tantum essent, plerosque in  
ordine Patriciorum tribunos militares  
consulari & tribunitiâ potestate simul  
conjunctâ. Anno m. 3655, ante Cal-  
istrandæ potestas tribunitiâ finaliter  
consularis, relieto Patriciorum ordinem  
ad plebem quoque descendit, Si-  
niperib[us] sine curulibus magistratello  
hanc Livius vocat *Anarchiam* &  
*litudinem Magistratum*: quāmodū  
pr.

usq; ad an. mundi 3743. 81

pertasi post quinquennium ad militares tribunos, & demum ab his ad consules reversi sunt. Ex plebe primi creati sunt *Æmilius, Mamerinus, & L. Sextinus Lateranus.* Retinuit hunc summum honorem magistratus plebs Romana annis circiter 14. & redditus est consulatus Patriciis, permanxitque usque ad *Cesarem Augustum ejusque consulatum decimum tertium, sub quo Christus cœli terræque Monarcha natus in mundo.*

Illi porro, qui præfuerant consulari dignitate sub finem ætatis hujus quintæ ad initium usque Monarchiæ Græcorum, erant *M. Valerius maximus & Decius Mus.*

**S. VI. Rituum sacrorum & Profanorum institutio vel innovatio.**

**A**nno primo Cyri regis Persarum, qui erat annus mundi 3517. so-

D s. lutæ

lutæ captivitatis. 1. Zorobabelis D-  
cis, Josue Pontificis. 1. Imperij Per-  
rum. 1. Olymp. LX an. 4. urb. cond.  
**216.** ante Chr. 536. mense Martio, seu  
April. Judæi in viam se dederunt, &  
Babylone ascendere cœperunt Jero-  
solymam, quorum spiritum suscitavit  
Deus ad ædificandum templum Do-  
mini, magno numero personarum om-  
nis generis & sexus cum impedimen-  
tis vasorum, pecorum, variæq; sup-  
leætilis, postque confectum quoniam  
fere mensibus iter Hierosolymam re-  
nentes *magnâ provisione*, ait Beda, pri-  
mo altare ædificaverunt, ut quia tem-  
plum nondum erat fundatum, haberent  
ubi sacrificantes devotionem sua menu-  
stenderent, jamque adveniente mele,  
septimo, quod erat conductum sacri-  
ficii faciendi tempus, collocaverunt  
altare Dei, & obtulerunt super illum  
holocaustum Domini manæ & ve-  
re; itaque à primo die septimi mensis,  
qui ferè cadit in Septembrem nostrum,  
et Judæis antiquus holocaustum &

laci-

sacrificiorum ritus instauratus est. Restaurato ritu sacrificandi, aetum est de resuscitando templo, cuius fundamenta posita anno redditus Judaeorum, & Cyrus ac Imperij Persarum secundo.

Ritus fundandi templi & reædificandi hic erat. Inter fundandum stetivunt sacerdotes cum tubis in ornatus, & Levitæ filii Asaph cum cymbalis, cantantes psalmos Davidicos; quibus populus succinebat clamore magno: plurimi autem seniorum, qui viderunt prius templum, & novi templi foundationi intererant, flebant voce magna; multi vicissim elevabant clamorem: sic factus est clamor ex laetitia tristitiaque confusus, & tantus, ut non exaudirentur tubæ, sicut habet Graecus historicus.

Non diu laetitia stetit: citò enim nova sollicitudine attemperata fuit; nam prisco anathemate tacti samaritani judæorum æmuli adierunt Zorobabelem & alios principes iudaici populi, offerentes sumptus suos cum judæis communes faciendo in templi adificationem, sed repulsam passi à judæis,

qui

qui meritò metuebant id fieri fraudulenta  
à Samaritanis, ut sibi scilicet partem tem-  
pli vendicare, & suos sacrificulos cum ido-  
lorum suorum cultu introducere possent.  
Ideo posthac omnibus modis impedi-  
runt templi reædificationem, clandestine  
corruuptentes ministros Cyri, questores,  
& satrapas. C aded non refert pium esse re-  
gem, si impius sit satrapa, & perinde fer-  
et injustum regem, an consulem injustum  
habeant subditi: rex enim injulus vocet,  
consiliarius impius nocere docet. Neq.  
runt, inquit, Josephus satrapa Æt. viii.  
bus commendata erat hac adiunctio, ut pax  
impedirent, quo minus urbem ac templum re-  
staurare valerent, illi vero paucis dies  
corrupti vendiderunt Cuthau suam in-  
mandatum officium cessationem & negoti-  
ziam, sic Josephus. Ex hac regionum mi-  
nistrorum prævaricatione atque perfida  
factum est, ut lentissimè templum Domini  
surgeret, magis judæorum & amicorum  
sumptibus, quam Cyri, qui hos suppeditat  
in mandatis dederat ministris. Cumque  
Cyrus sumptuosis bellicis expeditionibus  
intentus esset, judæis non licuit de pen-  
sum præfectis & samaritis queri.

Mortuo Cyro judæi apertis armis  
maritis, & ministris insuper Cambyses  
am edicto prohibiti sunt ædificare, celo-  
rum. viii.

tumque est usque ad annum secundum Darij Hystaspis : hinc vox illa apud Zacharium judæorum apud Deum precantium, Domine exercituum usque quod tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es. Iste jam septuagesimus annus est, scilicet dolent post 70. annos captivitatis adhuc prohiberi a templo reædificando.

Puniti tamen sunt judæi sterilitate terræ propter negligentiam in ædificando templo: quamquam enim prohibuerit Cambyses ædificare urbem, non tamen prohibebantur ædificare templum, sed ipsi judæi neglexerunt, caufati quodd sine muris urbis templum non esset tuto satis loco, cum tameu ipsi interea magnificas domos in urbe non munita nec clausa exstruerent.

Anno mundi 3533, ante Chr. 520 Zorobabelis & Josuæ pontif. 17, cum gratiam singularem in oculis Darij Hystaspis invenerisset Zorobabel rex, voti sui, quod fecerat in regni sui initio de templo ædificando, memor factus, præter ligna cedrina aliamque materiam necessariam jussit singulis annis 20 talenta de regijs redditibus dari ad templi fabricam, & in sumptus sacrificiorum judæis alia adhuc decem talenta annuè erogari. Alijs insuper privilegijs & immunitatibus eosdem insignivit, a tributis liberavit, Idumæos, qui castella judæorum pos.

possederat, cedere jussit, omnes sine capello sive servos natos, liberos esse volu-  
Denique stolam sacram, aliaque vestimenta levitica & vasa sacra, quæcunque Cyrus edixerat, Hierosolymam remitti imperavit; editum insuper edidit adversus eos, qui iudeis essent obstaculo futuri, tellatur, inquit, *lignum de domo ipsius. Et erigatur et configatur in eo, domus autem ejus publicabitur.* 1. Esd. 6. v. II.

His favoribus usi Judæi, denique templum Domini secundum confirmaverunt anno Domini 3537, ut Chr. 516. Darij Hystaspis 6. & solennitate magnâ dedicaverunt, oblatis vitulis centum, agnis quadrigenitis, hincis caprarum, pro peccatis scilicet iustius Israëlis, duodecim, juxta numerum tribuum Israël.

Itaque templi construētio tenuit annos quatuor, mensem unum, & dies novem, nimirum à die 24. mensis noni anni secundi Darij, quā die iacta sunt de novo fundamenta templi, scriptum est ab Aggæo usque ad diem tertium mensis Adar anni sexti eis-

dem Darij. Ita contra Josephum (qui  
ait spatio septennii extructum esse) Sa-  
lianuS computat.

Unde patet graviter errasse judæos, qui  
Christo Domino obijcabant, templum  
istud 46. annis fuisse ædificatum, quod tum  
è trivio petitum jaætabatur. Finxit quo-  
que Josephus, aliud templum ab Herode  
ædificatum fuisse, cùm temporibus Christi  
erit hoc ipsum templum à Zorobabele  
fundatum; quamquam ab Herode fortasse  
auctum aut nonnihil renovatum vel ex-  
ornatum. Vellent nimirum fautores judæo-  
num, Aggæi prophetiam obscurare, quâ  
prædixit novissimam hanc domum fore glorio-  
sorem priore, ob præsentiam scilicet Chri-  
sti, qui erat desideratus cunctis gentibus: nam  
quoad splendorem & magnificentiam ma-  
teriale, hæc posterior domus contem-  
ptibilis erat, & viluit in oculis intuentium  
præ illa, quam Salomon construxerat.  
Ergo Christi præsentia gloriosorem effecit  
domum à Zorobabele exstructam, de quo  
prophetia prolata est; non fecisset autem,  
si aliud templum ab Herode ædificatum  
ketisset temporibus Christi.

Genebrardus enarrat quinque, in quibus  
templum prius mirum in modum prævale-  
bat templo posteriori. Primo carebat po-  
sterius

sterius templum divinâ præsentia, quo  
propitiatorum responsa & oracula edebi.  
Secundò spiritu sive afflato sancto, qui pri-  
phetas olim corripiebat. Nam à Malachia  
ad Joannem Baptistam Christi, nulli pro-  
phetæ extitère. Tertiò igne sacro, cuius  
custodiam tam anxiè Moses Lvit. 6. præ-  
ceperat, qui in urbis excidio in pu-  
teum à sacerdotibus, ne in impiorum  
manus veniret, demersus est. Mach.  
1. Quartò URIM & THUMMIN, quæ erant  
lapides in pectorali pontificis, quoniam  
conspicuit sacerdotes occulta intelligen-  
tia, & populo denuntiabant, dum pas-  
solito lapides radiarent: nam si retinente  
naturalem speciem & colorem nihil esse  
mutandum docebatur. Quintò caro  
arcâ, ipsiusque tegmine, id est, propria-  
rio, & duobus Cherubim arcæ herentibus,  
in quibus Deus sedere dicebatur propter  
sui copiam, quam ille pontificibus facie-  
bat: arcæ autem nomine hic utraque intel-  
ligitur, una à Mose constructa lacrorum  
monumentorum & reliquiarum receptacu-  
lum, & altera à Salomone, ejus loco li-  
pidem judæi posuerunt tribus digitis è ter-  
ra prominentem & supra habeat empha-  
bulum.

Neque tamen propterea populum sum  
Deus dereliquerat: ut enim ad Chistum  
petr.

ia, qua  
ula edeb  
to, qui pr  
Malach  
nulli pro  
cro, cujus  
it, 6, pra  
o in pu  
impiorum  
z, Mach.  
qui erant  
, quoniam  
intellige  
, dum pas  
rebusant  
n nihil era  
ato caruit  
propinquu  
hærendous  
tur proptea  
cibus facie  
traque intel  
la facrorum  
in receptaci  
ius loco lo  
digitis è ter  
utem tham  
pulum sum  
ad Chetum  
pers

perduceretur, saepe edebantur oracula per *Bash Kool*, id est, per exilem quandam vocem calitus demissam in aures collectas multitudinis, aliaque signa in populo continua- bantur. Talis vox fuit in Evangelio, quae à patre delapsa est ad filium gloriificandum 2. Petr. I.

Anno m. 3609. ante Chr. 444. fe  
num tabernaculorum, sive scenope  
giae instigante Esdrâ, & antiquâ con  
fuetudinem jam prorsus abolitam in  
memoriam revocante secundum legis  
interpretationem celebratum est.

Anno m. 3722. ante Christum  
331. *Sanaballetes*, qui sacererat Manas  
sis fratri Jaddi Pontificis à *Dario* de  
fecit, & assumptis secum de sua pro  
vincia octo millibus in castra Alexan  
dri se contulit, à quo libenter & hu  
maniter acceptus petiit, ut pereum li  
ceret templum in sua Provincia exci  
tare, cui generum suum *Manassen*  
Pontificem præficeret. Quod ubi im  
petratum est, connitens omni ope  
edificavit in monte Garizim, & *Ma  
nassen* ejus Sacerdotem constituit, fu  
itque

itque hoc antitemplum in Samā conditum Hierosolymitano æmulū cum magna ruina & eversione plū morum in Israël, perpetuum seminariū rixarum inter Hierosolymitanos & Samaritanos utrimque pro ara pugnantes. Et verè templum discordiæ fuit, ubi vota votis & victimis victimis adversæ, Dei cultum geminando minuerunt: quo factu, ut tutiū tyranni imperarent riuis, & Hebræos per Hebræos dicens perderent.

Anno m. 3602. ante Chr. 451. postquam Judæi ultiōne plane languidam & acerbam sumpsissent de inimicis suis, Amano & sociis, (occidente scilicet septuaginta quinque milium, tum Susis & Babylone, tum aliis provinciis Assuero subditis) celebritatem magnam in perpetuum instituerunt, scriptis literis per Mardochæum & Estherem mandarunt, ut quarta dies & decima quinta dies mensis Adar annuo honore solennissimè celebra-

rentur, præmisso semper jejunio ante diem festum conviviorum, quod etiam annum die 13. observant.

Solent etiam hoc tempore in synagogis suis, quando historia de Amano & Esthere legitur, strepitum excitare malleolis, & manibus scandala & pulpita ferire, inscriptumq; Amani nomen contundere, ut scribit Serarius, & notarunt, qui de ritibus judeorum scripsierunt. Et quia Aman crucifixus fuit, solebant olim iudei in ejus consumeliam crucem quandam ligneam quasi in supplicatione circumferre, eamque mox exurere. Posterioribus autem saeculis Iudei ita celebrare cœperunt hunc diem, ut ejus ritus contra Christum traducerent, ut Baronius annotavit; unde Honorij & Theodosij imperat: contra sacrilegum hunc ritum facta prohibitio est in haec verba cod: de iudeis & cœlicolis iudaos quosdam festivitatis sua solenni, Aman ad poena quoniam sumptu recordationem, incendere, & sancta crucis assimilatam speciem in contemptum christiana fidei sacrilegâ mente exurere, Provinciarum rectores prohibeant, neque jocis suis fidei nostra signum immisceant. Sed ritus suoscira contempnum christiana legis retineant, amissuri sine

92      *ÆTAS V. ab an. 3517.*  
sine dubio permissa habentus, nisi ab il-  
lis temperarint. dat. 4. Cal. Jun. Consta-  
tino Baffo & Philippo Coss.

*Ritus Gentium in quinta  
etate mundi instituti.*

**A**nno mundi 3525. ante Chr. 528.  
olymp. LXII à 4. urb. cond. 224.  
exstrui cœpit à Tarquinio superbo  
templum Capitolij Romani, ut invi-  
rat avus ejus Jovi, Junoni, & Minervi.  
si victor contra Sabinos evaderet, quin  
bus superatis ingenti sumptu rupi  
ædificio destinatam areæ compila-  
vit; morte autem præventus non po-  
tuit absolvere: id igitur Tarquinius ex  
decimis Stieffanæ prædae pericere  
cogitans, fundamenta ad ingentem  
altitudinem eduxit, cumque inter fo-  
diendum recens hominis occisi caput  
magno prodigio inventum esset, illi  
termisso opere consultus Etruscus  
tes, respondit, legatis referente Romani-  
stris civibus esse in fatis, ut locus, non  
hoc caput inveniatis, siat caput totius ha-  
bitaculum.

lia; quibus auditis Tarquinius magna ex parte templum perfecit, vocatus. que est locus ille CAPITOLIUM. Magnificentissime autem hoc templū anno m. 3667. ante Chr. 386. sub tribunis militum. T. *Quintio Cincinnato* & *Servilio Fidenate* cum 4. collegis, uno quadrato substrūctum est.

Ad vitandam apud populum invidiā, ne pro uno rege duo creatividerentur, post creatos consules instituerunt, ut alterum consulem duodecim lictores cum securibus præcederent, & alterum totidem cum solis fascibus, idque alternatim singulis mensibus fieret, & initium à *Bruto* ductum est.

Anno mundi 3558. ante Chr. 495. *Sempronio Atratino* & *M. Minutio* Coss. templum Saturno dicatum est Romæ, & feriæ publicæ cum sacrificio decretæ in annos singulos, quæ *Saturnalia* dicta, celebrari solita ad quartum decimum Cal. Januar.

Initio uero tantum die durabant, successu autem temporum in triduum propagata sunt.

**AETAS V.** ab an. 3517.  
94  
funt. Hicē diebus Romani sytheā  
assumptā servis discubentibus insi-  
bant, muneraque ulro citroque mitte-  
remittere solebant.

Saturnalia exceperunt eodem tempo-  
sigillariorum celebria, quibus in dies de-  
tem publicē discursum est cum magna leti-  
tia, quibus diebus bellum sumere autop-  
nas à nocente exigere nela erat; in  
quoque diebus servi cum dominis resco-  
bantur. Suspiciatur Salianū hōpsū um-  
bram aliquam varijs in locis in fēstis.  
Innocentum conservatam esse.

Anno m. 3656. ante Chr. 397. reb-  
rari Romæ cœperunt leſtēna  
cūm gravissima pestis grāſiatā in  
urbe, hominibus & pecoribus extre-  
lis, ejusque nec causa nec finis inves-  
retur. Libri Sybillini ex senatus con-  
ſulto aditi sunt, & Duūvirū ſcribi fa-  
ciendis per dies octo Apollinem, Le-  
tonam & Dianam, Herculem, Mer-  
rium atque Neptunum tribus leſtē-  
nā quām amplissimē apparari poter-  
constratis placare intenderunt. Ua-  
**Leſtēnia dicta.**

Scribit Livius magnā tum omnes inter  
familiaritate, nullo notorum ignoramus.

que discrimine usos, & vincos quoque è carcere eductos fuisse. Ex quo videri potest fuisse hoc dæmonis maligni institutum eo fine, ut pestis magis magisque mutua contagione vulgaretur. Athenæus vocat hanc solennitatem *epulum lovi*, quia inquit, in Capitolio stratis tribus lectis convivium apponebatur tribus diis Jovi, Juno & Minervæ. Et Jupiter id est, Jovis simulacrum statuebatur in lectulo recubans, Juno autem & Minerva in sellis confidebant. Appositis autem epulis non ipsi Di, sed septem epulones fruebantur.

Anno m. 3552. ante Chr. 501. introductus est Romæ ritus ovandi, prout distinxus ille est à ritu triumphandi. Differt autem ovatio à triumpho in eo, quod in ovatione dux non curru, sed pedibus in urbem præcedebat militarem pompam, deinde pro picta & auro intertexta trabea induiebatur togâ prætextâ, & sceptrum non gestabat, ut triumphantes, sed coronam lauream.

Primus, qui Romæ hoc ritu ovavit, fuit hoc anno *Posthumius*, consule *Meninio* collegâ suo triumphante; tantum enim ovatio permissa est *Posthumio*, qui rem romanam in

in magnum discrimen conicit: vicissim  
enim Sabini, nisi Meninio armatorum m  
nu superveniente, Posthumius cum copi  
suis periculo ereptus esset. Itaque in ipsa  
honoris luce poenam aliquam obscurari debuit  
& prae Meninio humiliari.

• 05 90 • 05 90 • 05 90 • 05 90 • 05 90 • 05 90 • 05 90 •

**S. VII. Persona in Sacra  
Scriptura Celebres V. & tate  
Mundi.**

**E**SDRAS Sacerdos, scriba regis  
ARTAXERXIS, & Doctor legis  
præstantissimus, & Propheta, inno-  
tescere cœpit an. m. 3595. ante Chr.  
498. Olymp. LXXX. an. 2. nr. b. cond.  
294. ARTAXERXIS 6. Fuit ESDRAS  
vir elegantissimi ingenii, & memoriae  
incomparabilis, Saraiæ cujusdam  
summi Pontificis à Nabuchodonosore  
capti, & capite plexi filius, ut scribi  
*Tirinus* in Comment. ad Esdram. Huic  
præter legem reparatam plures libros  
edidit, quos D. Hieronymus translat-  
endo coarctavit, & tertium & quartum  
inter apogryphos codices nume-

rat.

cun-

par-

fum-

titâ

imò

gio-

pulu-

alt-

Dei-

dere-

timi-

Per-

que-

rep-

nub-

nig-

quod-

suis-

min-

mis-

te fi-

festu-

E-

DI-

rat. Profectus est anno suprà citato cum socijs 1775. iisque maximâ ex parte Levitis Hierosolymam , cum summa potestate ab Artaxerxe imperitâ judicandi, corrigendi, docendi, imò etiam pecunias, quas ex fisco regio acceperat, expendendi, ut in populum Dei ( annitentibus saltem occulte Esthere & Mardochæo ) regis Deique procurator constitutus esse videretur. Ibidem peregit, quæ ad optimum doctorem, & sacerdotem, pertinebant in extruendo, ornando que templo, in docendo, monendo, reprehendendo & emendando. Con-nubia præsertim Judæorum cum alienigenis dissolvit, & difficiliore operâ, quo uxores illæ ardentius à maritis suis diligebantur : prævaluit nihilo minus divina lex cum Esdræ fortissimis admonitionibus regis auctoritate firmatis. Obiit sanctus, ejusque festum celebratur tertio idus Julij.

ESTHER, dicta alio nomine EDISSA. Hebræa, Abiahil *Mardo-*  
*E* *shach*

58      ETAS V. ab anno 3517.  
chai fratri filia, ex tribu Beniamini  
Susis nata, & mature parentibus or-  
bata, cùmque esset formosissima, &  
omnium oculis gratusissima anno re-  
gni Artaxerxis 4. ante Chr. 460. re-  
pudiata Vashti reginam, inter reliquas  
toto imperio conquisitas praelecta  
est, quæ ita Egeo eunicho placuit, ut  
huic præ omnibus mundus muliebris  
acceleraretur: cui tamen majorem  
virtus, quam muliebris ornatus amo-  
rem, & estimationem apud regem  
conciliabat, eò usque, ut primaria  
uxor ac regina solenibus nuptiis in-  
auguraretur, Estheris exaltatio fuit  
gentis Hebrææ salus & conservatio.

Non existimandum est, Estherem regis  
libidini ante nuptias expositam fuisse: si  
quidem omnes virgines ex regno universo  
collectæ, cùm deducerentur ad regem fa-  
ctæ sunt concubinæ, id est, inferioris noti-  
conjuges præter illam, quam rex ad reg-  
næ dignitatem vellet evehere, quod Esthe-  
ri contigit.

Repudium Vashti ita evenit: cùm Artax-  
erxes, dictus in sacro codice Aßuerus, sa-  
trapis suis grande convivium stravisset, ul-  
timus, u  
tim  
pal  
con  
luit  
tam  
cip  
aut  
se ra  
tentu  
Q  
num c  
much  
præ  
abrog  
repud  
onive  
super  
Ha  
do, i  
tiā no  
ut leg  
raret,  
à dom  
confult  
into re  
la pedi  
bon ma  
sum, u  
ravindi  
quover

timo convivij die, quo rex post longam  
palati ac ventris hilaritatem, etiam oculos  
convivarum insigni spectaculo pascere vo-  
luit, jussitque reginam diademate orna-  
tam producere, & cunctis populis ac Prin-  
cipibus pulchritudinem ejus exhibere: illa  
autem venire renuit; ideo rex contemptum  
se ratus, furore, ut scriptura ait, nimio suc-  
tentus est, visumque ei intolerandum.

Quare C adhibito septem sapientum suo-  
rum consilio, ac suadente potissimum Ma-  
nuchâ, sive quia ream putaret, sive quia  
præ cæteris regi plus gratificari voluit )  
abrogatâ per edictum regiâ dignitate eam  
repudiavit, jussitque de hujusmodi repudio  
universas provincias edoceri, ad mulierum  
superbiā comprimentam,

Hæc multò atrocior pœna fuit ipso deli-  
cto, neque enim Vasthi videtur ex arrogan-  
tiâ non paruisse mandato regio, sed potius,  
ut legi & Persarum consuetudini obtempe-  
raret, quæ vetabat uxores ab aliis, quam  
à domesticis conspicî. Hinc Sulpicius ait,  
unſultior fuit mulier sapiens stulto & temu-  
rante rege, qua negavit pudens virorum oculi  
spectaculum prabere, præsertim homini-  
bus magnâ ex parte temulentis. Unde fa-  
num, ut Assuerus ipse, postquam deferbue-  
rat indignatio, dicatur recordatus esse Vasthi,  
quæ verbo scriptura significat ccepisse re-

E 2

gem

gem, sedato jam animo, culpam reginæ atrocity pœnæ componere, & anima vertere hanc longè graviorem esse, quâ mulieris levicula pertinacia promeruerit quamque prudentius dissimulare, quâ privatione regni castigare debuisset, ex quâ recordatione animum regis miseratio subierit; non revocâsse autem, quia constitutum sic erat apud Persas, & sacrosanctum, ut regi non licet factum semel, & promulgatum decretum iterum tollere & irritare.

MARDOCHÆUS Hebræus, patruus *Esteris*, qui mortuo utroque parente eam adoptaverat in filiam, Postquam neptis Babylone Susas ad regem adducta est, ipse quoque curam neptis suæ occultam habiturus, ad civitatem regiam migravit, & ad palatii fores obambulavit sæpe, ut ne ejusque amplitudini prospiceret; longè plus Deo, quam suæ confidans industriæ & neptis venustati. Singularis fidelitatis specimen dedit, quando duo eunuchi voluerunt surgere in regem, & occidere eum, r

loquitur scriptura, tunc enim Mardochæus, qui in conjurationis hujus cognitionem, duce divinâ providentia, venerat, malum hoc regi impendens, nunciavit reginæ Esther, & illa regi ex Mardochæi nomine; quæsitum diligenter de crimine, inventaque veritate uterque eunuchus patibulo apensus est, & historia in diarium sive commentarios relata.

Conjurationis causa putatur fuisse Vasthi repudium & Estheris subrogatio, quam ini-  
quiore animo ferentes eunuchi, machinati fuerint ad regem Macedoniæ Persicum im-  
perium transferre occiso Assuero: & fuisse  
hujus conjurationis non ignarum *Amanus*,  
cujus hi duo eunuchi consiliarij fuerunt;  
*Aman* tamen sua negotia ita tractare scivis  
apud regem, ut ab eo omnium fidelissimus  
haberetur.

## Exaltatio Mardochai & ruina Amani.

Cum Mardochæus facili aditu frequens  
esset in regia, *Amanus*, qui regem jam  
tutus possidebat, se à Mardochæo con-  
temptum ratus, eò quod caput detectum

E

non

non profundiūs inclinaret, in tantū exan-  
furem, ut non aliter, quām totius p-  
puli sanguine restinguendus esse videretur.  
Tamque certus erat petitionis hujus à reg-  
obtinendæ, ut cædis etiam diem commi-  
teret sorti: immissis scilicet primâ sortitio-  
ne in urnam omnium mensium nominibus,  
& in secundâ sortitione mensis sortiti diebus  
omnibus. Deus porrò ita disposuit, ut in  
mensim duodecimum ejusque diem tertium  
vcl decimum quartum fors caderet.

Apparet ex hoc magna temeritas Ama-  
ni, qui prius tempus occisionis sortitur,  
quām à rege facinoris perpetrandi pot-  
estatem petierit. Secundò magna cæcitas  
Amani, quod non viderit duodecim mensi-  
um intervallum rebus suis parum conve-  
nire, cùm eo tempore iudæi multa moliri  
vel contra regem agere in tam multis regni-  
Persarum locis ex summa animi desperatio-  
ne potuissent, aut sua distractere & fugā  
sibi consulere: sed & summa Deiproviden-  
tia elucescit, qui ita sortem temperavit  
ut disturbando impijissimo consilio p-  
temporis attribueretur. Sic semper veri-  
fuit, eritque: non est consilium contra De-  
minum.

Tandem ergo imperata est ab impi-  
dentissimo rege omnium iudæorum cades,  
cujus denunciatio etiam publicis locis af-

fixa, mirificè judæos perturbavit. Et principio quidem precibus & corporis afflictionibus confugerunt ad Deum; deinde humana etiam remedia adhibuerunt, monuit enim Mardochæus Estherem, ut regem adiret, & negotium quocunque tandem posset modò disiiceret, sed huic quoque periculum imminebat, si non vocata regem adiret, quia leges patriæ id prohibebant. Tandem illa proprium discrimen publico gentis periculo post habuit; splendide evum vestita regis cubiculum ingressa est, sed hanc ille respergit oculis, qui plus majestatis quam amoris testarentur. Unde Esther (seu verum fuit, seu simulatum deliquium) velut exanimata cecidit; cui ut opitularetur rex, descendit è solio, & regis oblitus, mariti personam induit, huic sceptrum deosculandum offert clementiaz signum, atque ut omnem suspicionis timorem abstergeret, ei sponte offert omnia, quae petitura erat, dimidiā tantum exclusa regni parte. Hic Esther rogavit regem duntaxat, ut sequenti die apud se cum Amano cænam fumeret, quod statim obtinuit.

Itaque Rex cum Amano splendido convivio sunt excepti apud Reginam, neque tamen tum aperuit Esther mentem suam, sed eandem convivij cum eodem comite gntiam postulavit à rege, quam non difficult-

104. *ÆTAS V. ab an. 3517.*  
culter obtinuit. Dum exit Aman ex vino  
ex facta sibi gratiâ hilarior, incidit in Ma-  
dochæum, à quo non est exceptus honor  
quem sibi ambitiosus homo debitum puta-  
bat; unde tantum hausit mceroris, ut i-  
omnes delicias, quibus perfruebatur, qua-  
si felle dilueret. Qua de re cum quæstus  
eslet apud uxorem & amicos, suadent illi,  
ut cruce in 50. cubitorum statim Mardo-  
chæo excitandam curet, ephidique mortem  
die sequenti à rege & regina obtineat.

Eam porrò noctem Assuerus tradidit  
insomnem: quam ut falleret, annales libri  
prælegi jussit, & anagnoltes forte in illum  
locum incidit, quo detesta per Mardo-  
chæum insidiæ describebantur. Interro-  
gavit Assuerus, quid præmij inde recipi-  
fet Mardochæus? negatumque quicquam  
accepisse. Itaque manè orto quæstus re-  
quis ex aulicis staret in vestibulo, statim  
que est Amanus inventus Mardochæi peti-  
turus necem, & supplicium jam para-  
crucis. Hunc Assuerus interrogat, si  
effet illius hominis honorandi modus;  
regi acceptissimus effet; ille quasi suis co-  
modis respondens, ait, hunc hominem ad-  
dutum vestibus regijs imponendum est.  
equo regio per urbē regiā circumducidil  
primario aulico præcedente, qui volvera-  
retur præconis instar; sic hominem hon-

rari, quem rex maximè honorari vellet: vade Rex, inquit, & hæc ipse in Mardo- chæo perfice, & vide, ut accuratè exbau- rias, quæcunquæ suggestisti.

Quid multa? cum insignibus regijs per Susas Mardochæus ab Amano circumdu- citur, unde invidus ille superbusque præco- tantum concepit tristitiae, ut se abderet do- mo, vicem suam dolentiū deploraturus. Inde tamen per vim propè ab eunuchis re- gis ad convivium reginæ abstractus est. In eo cùm Rex mero incaluisset, & Esthe- rem de petitione sua monuisset, illa com- posito ad miserationem vultu sibi vitam po- puloque suo deprecata est, cumque is per- citus furore iracundè auctorem tantæ crudelitatis postulâisset, illa oculos & ma- num intendit in Amanum, quem insuper hostem suum capitalissimum appellavit. Rex itaque furore & indignatione concita- tus, nec monstri conspectum ferens, reli- qia subito mensa pergit in hortum: Ama- nus turbatior accedit ad reginam supplex, ut eam fleteret, & accedit propitiis, quām ejus conditio pateretur, adeo ut veniret in suspicionem apud Regem Zelotypiæ atten- tatae uxoris pudicitiæ; quare illicet jubente Affuero, ejus quasi cadaveris operitur faci- es, & in crucem, quam Mardochæo para- verat, ab eunuchis indicatam tollitur.

E 5

Mar-

Mardochæus in ejus locum & bona sub-  
stituitur : cuius operâ atque Estheris, re-  
scissum de tollendis omnibus judæis decre-  
tum , in eorum hostes conversum est. Ita  
vir impius ex purpura ad furcam sublatu-  
& vir innocentissimus ex cruce tantum non  
ad diadema exaltatus. Hæc ita gesta Sa-  
lianus refert ad an. m. 3601. ante Chr. 451.  
Artaxerxis 12. olym. LXXXI. an. 4. urb.  
cond. 300.

NEHEMIAS Hebræus ex tribu  
Levi & sacerdos ut patet ex lib. 2. Ma-  
chab. 2. 21. Artaxerxis , seu Assueri  
temporibus floruit doctrinâ & sancti-  
tate , & multâ gratiâ præcelluit apud  
regem , ita ut pincernam ejus agere  
mereretur : ad quem Judæi ab ædifi-  
catione Hierosolymæ impediti & ab  
adversariis suis plurimas adversitates  
perpessi , tanquam ad potentissimum  
causæ suæ procuratorem , nuncium  
misérunt *Hanani Levitam* , qui nu-  
ciaret afflictionem gentis suæ ; quo  
percepto *Nehemias* mox epistolas ob-  
tinuit a rege ad principes & præfatos  
quibus fultus , & regio insuper præ-  
dio munitus , tanquam legatus ex la-

tere regis , ipse met Hierosolymam  
profectus est anno m. 3609. ante Chr.  
444. ibique magno molimine & ad-  
mirandâ celeritate & solertiâ urbem  
mœnibus auxit & portas extruxit nec-  
quicquam absterritus adversariorum  
vel apertis insultibus, vel clandestinis  
machinationibus impeditus : & ex-  
plete deinde opere ad regem pro gra-  
tia exolvendis rediit : a quo præter  
egregias laudes & munera novam  
eam gratiam retulit, ut ad componen-  
dos mores labefactatos populi He-  
bræi redire liceret in Jerusalēm , &  
ibidem principem populi seu ducem  
agere, quā in curā duodecim annos  
impedit. Legem Dei intermissam &  
obliteratam ita accurate doctrinā &  
exemplo suo restauravit, ut brevi ci-  
vitas quemadmodum lapidibus, ædi-  
ficiis, muris , portis & templo, ita di-  
vino cultu redintegrata, formosiorem  
& novam faciem prætulerit. Ipse  
quoque ubi à negotiis regiis vacuus  
huit, aliud semper , quod ingenium  
E 6 sape.

saperet, edidit; unde & librum nomis sui titulo prænotatum scripsit, edit & alium librum, cuius fit mentio  
2. Mach. 2. v. 13. ac bibliothecam pulcherrimam extruxit, quibus gestis plenus annorum & meritorum vitam finivit.

Controvertunt interpres scripturæ, fuerit nō hic Nehemias idem cum Nehemia, cuius meminit Esdras cap. 2. & seqq. putant nonnulli diversum esse, probabile autem Salianus, Sanchez, & Cornilius à Lapide scribunt unum eundemque esse, & non duos. Rationes affert Cornelius à Lapide in argumento ante librum Nehemias.

*Liber Nehemia* dicitur etiam liber Esdræ secundus, partim quia continet ea, quæ simul ab Esdra & Nehemias gesta sunt, partim quia olim apud Hebræos & Græcos Nehemias & Esdras unus tantum liber erat uti Bellarm: de scriptoribus Ecclesi: in Nehemia, & S. Hieronymus, Lyranus & alij servarunt. S. Athanasius autem in synop. & S. Isidorus libr. 6: etym. c. 2. tam secundum, quam primum librum censem sicutum ab Esdra.

§. 8. *Nova inventa & ur-  
bes condita.*

**I**NTER ea, quæ hâc mundi ætate nova inventa sunt, præcipue memorabilis est & miraculosa inventio ignis sacri anno m. 3609. ante Chr. 444. *Artaxerxis* 20, de quo igne sic referuntur.

Judæi, qui præ cæteris pietate præstabant, cum in Chaldaeam captivi ducerentur, partem quandam ignis ex altari incensi acceptam in caverna siccii putei reposuerunt diligenter illam occultantes: cum præteriissent autem anni multi videlicet 163. ut poste 70. desolationis & 93. Imperii Persici Nehemias missus à Rege Persidis Hierosolymam, nepotes sacerdotum illorum, qui ignem abscondent, misit ad inquirendum ignem, qui aquam crassam pro igne invenerunt. Jussit igitur Nehemias afferre aquam illam, & sacrificia, quæ imposita erant, & ligna, quæ superposita erant, aspergi,

gi, cùmque sol, qui priùs erat in nullo, subito refulsiſſet, maguuis ignis acensus est, ita ut omnes mirarentur renovata Eliæ miracula. Atque sic in laudes Dei universus populus se effudit, donec sacrificium consumptum effet. Tum Nehemias jussit residuum aquæ crassæ infundi in lapides urinas, ex quibus mox iterato miraculo ignis emicuit; ignis autem, qui perpetuuus erat in altari, ita exarsit, ut aquæ, quæ erat in lapidibus, inflammata fuerit atque consumpta.

Delato ad Artaxerxem hoc miraculum, in quo aqua inventa fuit, voluit impoterum ut sanctum, & instar templi in veneratione haberi, & tum locum, tum sacerdotes multis muneribus honoravit, & tantò quidem majore honore, quod magis Persæ ignem semper venerari conseruerunt.

Eodem festo, primo scilicet die Sancte pegiae sive tabernaculorum, quo ignis creer inventus est, probabiliter etiam reporta sunt tabernaculum, arca & altare censi, quæ eodem tempore, quamquam diversis locis, occultata fuerant. Quam

quam his de rebus in scriptura mentio non  
fiat, uti de igne sacro: nam & alia plurima  
sacra scriptura silentio involvit, quæ opta-  
remus tradita esse.

Post redditum ex captivitate Baby-  
lonica, restituti sunt libri sacri, qui  
à principe militiae **Nabuzardan** velex  
parte accensi, vel temporum injuriâ  
& rapinis perditæ erant, restaurato-  
re Esdrâ.

Multi censem libros omnes veteris testa-  
menti à Chaldæis cum templo fuisse exu-  
stos, & ab Esdra ex memoria potius divi-  
nâ, quam humanâ restauratos. hujus  
opinionis fuit **Tertullianus**, **S. Basilus** epist.  
ad **Chilonem**, **Theodoreetus** in præfat. ad  
**psalmos**, **Rabanus**, **Leo Castrus** præf. in  
**Haiam** & alijs multi. Verum etsi sententia  
hæc videatur probabilis ob doctorum vi-  
rrorum auctoritatem, probabilius tamen,  
& ex ratione certius videtur Cornelio à La-  
pide, non omnes libros sacros à Chaldæis  
exustos, nec ab Esdra ex memoria restitu-  
tos esse; primò, quia nusquam legitur Chal-  
dæos exussisse hos libros, & esto exussis-  
sent omnes, qui erant Hierosolymæ, ta-  
men exurere non potuerunt eos, qui per  
totam Iudæam, imò per totum orbem ma-  
nibus

nibus Judæorum , præsertim scribarum  
Rabbinorum assidue terebantur , & in  
nagogis legebantur . Secundò quia Dām  
cap. 9. ait se anno primo Dāry intellexisse  
numerum septuaginta annorum , de quibus  
scriperat Jeremias Propheta ; habuit ergo  
Daniel prophetiam Jeremias ac ceterorum  
prophetarum , eamque lecitabat . Tertiò  
quia Josephus sribit lib. II. c. 1. Prophetia  
am Isaiæ cap. 45. de Cyro ; ipsi Cyro osten-  
sam fuisse à judæis , ideoque illum sibi be-  
nevolum reddidisse lib. I. iudicandum iug-  
tur est Esdram hoc sensu libros sacros re-  
staurasse , quod in rectum ordinem digesse-  
rit , & in lectiones , quas Persioth vocant  
Hebræi , & successivè in synagogis legunt ,  
diviserit : errata insuper , quæ scriptorum  
vitio irreperserant , correxerit , & primita  
puritati restituerit , idque non tam scientiæ  
acquisitæ , quam cælitus infusa . Præce-  
rea , quæ in libris singulis deerant , Esdras  
supplevit . Unde multi censem Esdram ,  
assistente spiritu S. Moysi addidisse cap.  
34. Deut. eoque Moysis mortem & sep-  
turam descripsisse . Idem fecisse Iosue et  
ultimo ac Jeremias cap. ultimo , ubi regna  
Evilmerodach & exaltatio Jechonie con-  
ratur , cum hanc Jeremias jam monstra-  
scribere nequiverit : sic quoque supplede-  
finem Tobia & Iudith ; liber enim Juditha

scriptus putatur à Joacim pontifice , qui  
ante Judith vitâ funetus est. Sic Cornelius  
à Lapide & Salianus cum Isid: lib. 1. Alleg.  
in Esdram. Addit S. Hieronymus & Ense-  
bius Esdram invenisse novas litteras He-  
braicas , quibus etiamnum utimur & pri-  
reas reliquise samaritanis , ut judæi nihil  
commune haberent cum samaritanis , ne  
quidem litterarum commercium. Unde  
elementa , quibus jam olim & hodie utuntur  
Hebræi , non sunt veterum Hebræorum sed  
Assyriorum auctore Esdrâ.

Genebrardus in chron. ait: Esdram Cab-  
balam apud Hebræos colligisse , & 72.  
duobus libris mandâsse , ejus consilio &  
operâ libros sacros collatos & emendatos  
esse ; unde *Tikkun Sopherim* , id est , Cor-  
RECTIO SCRIBARUM appelletur , sive *Tik-  
kun Ezra* id est CORRECTIO EZRAE , quasi  
Ezra princeps fuerit scribarum.

Idem Genebrardus refert in chron.  
Prophetis successisse post Esdram &  
Nehemiam synagogam magnam , cu-  
jus primi institutores & principes fue-  
rint *Esdras* , *Nehemias* , *Mardochæus* ,  
*Zorobabel* , *Josue* ; hos præfuisse conci-  
lio , quod centum viginti homines ,  
quorum alii nobiles , alii plebeji erant ,  
de

de emendandis libris sacris, eorum  
canone juxta præscriptum Cabbala  
inierunt, in quo concilio sanctum si.  
Josuam fuisse ita edoctum à Moysè, &  
à Josua seniores, à senioribus prophe.  
tas : concilij autem notarium *Esdram*  
fuisse. Addit Genebrardus in  
hoc concilio *scribas* initium sumpsi.  
se, quos *Esdras* instituerit, ut legem ad  
litteram interpretarentur, legis diffi.  
cultates explicarent, librosque ejus  
intactos conservarent, ne denudo cor.  
rumperentur. In Evangelio appelle.  
lantur *Legisperiti*.

Hæc synagoga magna sub antistite  
*Esdra* scripturas distinxit in versus  
Hebraicè *Pesukim*; unde Hebræorum  
codices per sententias, membra & ver.  
sus divisi, & intervallis distincti sunt,  
qui antea veluti unicus versus erant.  
Quas distinctiones postmodum *S. Hiero-*  
*nymus* quoque observavit in versu.  
ne scripturæ sacræ, ut ipse de se lo.  
bit *pref. paral.* & *Esdra*.

Anno m. 3609. Artaxerxis 20. surget  
caput.

ceperunt, & eodem adhuc anno, vi-  
gesimo quinto die mensis Febr; spa-  
tio quinquaginta duorum dierum,  
perfecti sunt muri Hierosolymæ, cum  
portis & turribus, cum omnium gen-  
tium admiratione, operâ nimirum &  
soleritâ, singulari fortitudine & au-  
toritate Nehemiac, qui singulis tribu-  
bus & vicis ac vicorū præcipuis ha-  
bitatoribus, partes & spatia murorum  
ædificandorum distribuit: ædifican-  
tes autem suâ prudentiâ & magnani-  
mitate adhibitis solerter custodibus  
protexit, & interpositis ad Deum pre-  
cibus in opere prosequendo constan-  
tes retinuit & corroboravit. Circum-  
data est igitur Hierosolyma muro uu-  
dique fortissimo, & duodecim portis  
pervio, ita ut civitas quatuor portis  
pateret ad Orientem, quatuor ad Oc-  
cidentem, & totidem ad septentrio-  
nem: nam meridiem versùs, unde  
præruptæ rupes montis Sion nullum  
aditum dabant, nulla porta construe-  
batur.

No.

Nomina porrò portarum singuli-  
rum, sunt : primò ad orientem porta  
fictilis \* porta aquarum \* porta equi-  
rum \* porta gregis \* ad Aquilonem  
porta Beniamin \* porta pisium \* por-  
ta vetus \* porta Ephraim \* ad Occi-  
dentem , porta anguli \* porta valui \*  
porta sterquiliniij \* porta fonti \* si quas  
alias portas alii nominant, vel illæ  
sunt eadem cum his , vel extra vi-  
bem non ducunt, suntque ficta por-  
tæ, ut non veteri Hierosolymæ, sed  
novæ Æliax convenient.

Judæis ædificantibus valde solerte &  
properante manu , omnibus modis obstatæ  
re conati sunt Samaritani, duce & invide  
antesignano Sanabellæ. Samaritani primo  
tanquam temerarium quid & supra vices  
suas machinantes contemptui habuerunt,  
& subsannaverunt, postmodum ex impro-  
viso armis eos opprimere paraverunt, &  
possent aperti facinoris apud regem argu-  
cujus diplomate instructi ædificare au-  
sunt : sed impeditum est facinus crudele  
hemiæ industriâ , qui , ut Josephus  
notu circumquaque urbem obibat , nungam  
desessus aut opere aut duritiâ victus , nunc

nec somno utens, nisi quantum necessitas pos-  
tularet. Alias quoque occultas insidias  
Samaritanorum cautè & prudenter elusit.  
Ut enim Nehemiam facerent iudæis con-  
temptibilem, usi sunt operâ cujusdam  
Pseudo-Prophetæ. Erat is *Semeius* sacer-  
dos, & habitus quasi vir quidam sanctus,  
qui domi sese continebat; hic vocavit Ne-  
hemiam ad se, quasi dicturus aliquid nomi-  
ne Domini: Venit ergo in dominum ejus se-  
cretò, cui pseudo-prophetes, tractemus,  
inquit, nobiscum in domo, & claudamus  
portas ad te, quia venturi sunt, ut interfici-  
ant te, & nocte venturi sunt ad occidendum  
te: voluit ergo timore percellere Nehe-  
miam, ut se absconderet in templo, & sic  
absente Nehemia edificantes languesce-  
rent in opere, & excubias negligerent,  
tantò facilius opprimendi; cui fortiter  
Nehemias reposuit: *an quisquam mei simi-  
lus* (vir fortis scilicet & cui populi commissi  
cura fidelis est) fugit? & quis, ut ego, in-  
gredietur templum, & vivet? id est, ut vi-  
tam suam tueatur, quasi rebus omnibus jam  
desperatis: *non ingrediar*. Et intellexit  
Nehemias, quod Deus non misisset hunc  
mendacem prophetam, sed quod inimici  
conduxisserent eum. Igitur tantò fortius  
animavit Judæos, ut alterâ manu arma ge-  
starent contra hostes suos, si qui forte ir-

rum

rumperent, & alterā lapides struerent,  
muros ædificarent.

Postquam auspicie & auxiliante  
Deo murus stetit, solennitate magna  
dedicaverunt eum Domino, ut & mu-  
rus & civitas esset Deo sancta, in quem  
finem, convocatis I. levitis & Judæis  
**extra urbem** quaquaversum habitan-  
tibus: præviis ablutionibus & expia-  
tionibus comprecatio totius populi  
bipartito instituta est circum murum, ita  
ut unus chorus iter susciperet addre-  
tram à porta scilicet sterquilini ad  
montem Sion, & alter chorus ex ad-  
verso procederet ab eadem porta ad  
sinistram versus Aquilonem, donec co-  
current sibi ad *Portam Custodis* (qua  
non ducebat extra urbem, sed vicina  
erat portæ gregis) circumeunte in  
hunc modum populo & magistratu-  
bus super murum decantabantur di-  
vinæ laudes, & psalmi Davidici mo-  
gno instrumentorum consonantium  
apparatu, & sacerdotes hyssopi fas-  
culis murum conspergebant, sique  
magis

magnâ lætitia in templam introeun-  
tes gratias Deo persolverunt , quod  
tutati ab eo essent contra inimicorum  
incusiones & machinationes, & sub-  
latum nunc esset opprobrium , quo à  
gentibus traducebantur, ob urbis suæ  
deformem ruinam. Duravit solen-  
nitas integro octiduo in publica po-  
puli lætitia, & divinis simul laudibus  
ac victimis transacta.

*Nova quedam apud Gen-  
tes hæc aetate Instituta vel In-  
venta.*

**A**nno m. 3601. ante Christ. 452.  
Olymp. LXXXI. urb. cond. 300  
Romani legatos suos milerunt in Græ-  
ciam & Athenas ad leges petendas  
Romanorum moribus & institutis  
convenientes, eleætique sunt Sp. Post-  
humius, Ser. Sulpitius, & A. Manlius,  
tremibus ad hanc legationem assi-  
gnatis, & ex ærario exornatis, pro di-  
gitate populi Romani. Redierunt  
legati cum legibus anno 3603. quas  
con-

120      *ÆTAS V. ab anno 3517.*  
conscriptas partim ex Græcorum,  
partim ex patriis consuetudinibus  
decem tabulis Decemviri populo le-  
gendas proposuerunt, & primò qui-  
dem privato cuilibet, non ægrè feren-  
tes à privatis hominibus admoneri,  
si quid displicuisse, longoq[ue] præ-  
misso examine centuriatis comitiis in  
præsentia Pontificum & augurum,  
aliorumq[ue] sacerdotum à re divina  
exorsi, calculos dederunt, tum plebi-  
scito quoque confirmatas, & in area  
columna incisas unā serie in loco fo-  
ri maximè conspicuo proposuerunt.

Hac quoque ætate Romani varia  
officia reipublicæ gubernandæ in  
primis idonea excogitaverunt, & of-  
ficiales constituerunt. Ejusmodi fue-  
runt *Tribuni Plebis*, qui erant quasi pro-  
prii judices & defensores, quibus p-  
ulus à consulū & senatus tyran-  
de protegebatur.

*Dictatores*, quorum potestas era,  
ut auctoritate summâ & potentia ad  
versus consules procederent, si illi

hostiliter agerent. Ut factum, quando *Porsenna Clusij* rex armis Tarquinium superbū reducere conatus est, quod ne fieret, primus dīctator *T. Largo* obstatit; post quem deinde alij creati sunt: fuitque non annua tantum, sed quinquennalis dignitas.

Cum *T. Largo* primo dīctatore institutus est simul primus Magister equitum *Sp. Cassius*, cuius erat in omnibus obsequi dīctatori.

Anno m. 3612. Olymp. XXCIV. instituta est censoria dignitas & potestas, cuius magistratū creandi causa fuit, quod consules senatum docuissent propter continuas consulū expeditiones, tum alia multa, tum censū quoque habendi curam negligit: ex quo censu, & numerus eorum, qui militari ætate esse cognoscebantur, & opes observabantur, pro quarum ratione unumquemque ad bellicos sumptus contribuere, oportebat, primi q; censores creati sunt *L. Papirius M. Glanu*s, & *L. Sempronius Atratinus*.

F

Anno

Anno m. 3646. ante Chr. 487. con  
urb. 345. instituti sunt primi, questioni  
& primo collata est dignitas *Patriciel*  
*Fabio Ambusto.* Eratque hoc inven  
tum primò bellorum causā; mitte  
bantur enim quæstores cum consuli  
bus & prætoribus in militiam ad rem  
pecuniariam administrandam, & præ  
das ac manubias in rationes publicas  
referendas. Hujusmodi quæstores  
thesaurarios bellicos vocamus. Quæ  
stores quoque constituti erant urbani,  
qui ærarium publicum curabant, &  
pecunias expensas & acceptas in ta  
bulas publicas referre confluverant.  
Pro quibus nunc habentur præfeti  
ratiociniorum, quos magistros com  
putorum vocamus.

Instituti *Decemviri*, qui legibus  
constituendis & reipublicæ ordinan  
dæ cum summa potestate præerali  
adeo ut ab iis, quemadmodum à di  
catoribus nulla esset provocatio.

Creati sunt etiam *Ædiles*, qui  
sunt quasi urbis curatores.

Hæ

Hac ætate præter varia inventa in usum rei militaris, primus auctor navium solubilium fuit Alexander Magnus, qui cum adversus Indos moveret, & flumina multa superanda essent, ita jussit navigia construi, ut soluta plaustris vehi possent, rursumq; ubi opus esset, conjungi: & sic contra hostium exspectationem exercitum transportavit.

### *Urbes Condita.*

Urbes celebriores conditæ propter historicorum dissensionem, quolibet antiquitatis palmam pro affectu suo nationali sibi vendicante, vix nominari neque numerari possunt. Præ cæteris in historiis antiquis memorantur, *Abdera* in Thracia primo condita aut reparata hæc ætate à Clazomeniis: unde etiam *Clazomene* dicta est. Ejus incolæ adeo stupidi fuerunt, ut locum proverbio dederint. Hujus urbis indigena fuit *Democritus* ad quem sanandum ut fanaticum cum

F 2

Ab-

deritæ Hippocratem medicum evocassent, hunc quidem sapere pronunciavit: evocantes autem essebō indigere, & quibus totæ satis Auticyræ non essent.

Mediolanum \* tempore Artaxerxis \* Papia in Cisalpina Gallia \* Comus in Lombardia \* Bergomum in Cisalpina Gallia \* Brixia in Cisalpina Gallia. \* Verona Venerum civitas \* Vicentia \* Cremona \* Mantua \* Placentia \* Alba \* Taurinum totius Pedemontanae regionis caput \* Augusta Praetoria \* Vercellæ \* Novaria \* Savoia \* Naulum \* Albinga \* Agrippina nunc Colonia dicta \* Lugdunum \* Narbona \* Tolosa \* Parisij \* Vesuntio \* Parma \* Mutina \* Ferraria \* Bononia dicta primò Felsina, postea Boionia \* Ravenna \* Imola \* Fuentia \* Ariminum \* Florentia \* Sena \* Perusium \* Aretium \* Benventum \* Nicea \* Alexandria condita ab Alexandro Magno intra spatiuum

tium 17. dierum cum sex millibus murorum passibus \* Antiochia \* Lao-  
dicia \* Apamia \* Cornetum \* Luca \*  
Treviri; quanquam multò antiquiores  
natales suos hæc civitas jactet, un-  
de potiùs hæc ætate reparata vel aucta  
videtur, quam primò fundata.

Refert Bergomensis in suo chrono-  
co, plurimarum urbium hæc ætate con-  
ditarum fundatorem Brennum fuisse,  
Monuchri Anglorum regis filium,  
ducem Gallorum Senonensium, qui  
temporibus Artaxerxis sive Assueri,  
cum exercitu trecentorum milium  
Gallorum, patrio solo derelicto, in Ita-  
liam venerit, & expulsis veteribus Tu-  
scis urbes plerasque in ea excitārit.  
Sed difficile est litem dirimere, & tot  
urbibus pro antiquitatis prærogativa  
certantibus, singulis certos natales de-  
terminare.

§. IX. Scientijs & artibus  
celebres in V. mundi ætate.

ZENO ELEATES natus circa an-  
F 3 num

num 3517. Philosophus fuit longè p-  
tientiâ suâ, quâm eruditione famosio-  
Is ut patriam servitute liberaret, ado-  
le scentes contra *Nearchum* tyrannum  
concitavit, sed re detestâ in crudelis-  
simam lanienam datus est; nullum ta-  
men ex consciis nominavit; deniq;  
cùm se imparem deinceps tormentis  
tjmeret, civibus suis in tyrannicædem  
animatis, linguam dentibus consil-  
lam in os tyranni expulit; quo facto  
circumstantes commoti impetu facto  
tyrannum trucidârunt.

HIPPONACTES poëta circa an-  
num m. 3519. optimus scriptor, sed  
vultu deformissimus, acerbiissimus  
osor pictorum, quos severè lingua &  
calamo perstrinxit.

THESPIS poëta an. m. 3518. doc-  
it Athenis dramata & tragedie fun-  
damenta jecit, usus plaustro pro thea-  
tro. Visa quidem primò inutilis tra-  
gedia, sed ea postmodum dedocuit  
viros principes duritiem & impieta-  
tem,

PIN

PINDARUS princeps lyricorum  
natus an. m. 3534. cuius gratiâ pa-  
triam ejus græci hostes servârunt, &  
familiam ejus Alexander Magnus, cùm  
Thesbas dirueret: sicq; tanti viri recor-  
datio homines ferro & furore armatos  
repressit: scribitur mortuus fuisse in  
Gymnasio, cùm in gremio pueri, quo  
unicè deletabatur, deposito capite  
quieti se dedisset, sicque subito è vivis  
excessisse.

HERACLITUS Ephesius philo-  
sophus lugubris semper an. m. 3550.  
hic vocatus à Dario in Persidem, ire  
neglexit, nihil esse ratus philosophis  
cum magnis principibus commercij.  
Dicitur propter doctrinæ obscurita-  
tem *tenebrosus*: à quo cùm discipuli  
peterent in ultimo vitæ, ut aliquid no-  
tabile proferret, nihil respondit, sed  
digitum volvens significabat omnia  
in continuo motu esse.

EPICHARMUS & FORNIO flo-  
merunt circa an. m. 3568. comœdi  
in signes, qui privatorum hominum

F 4

fig.

finis moribus non inutilem op-  
ram collocaverunt.

HERODOTUS historiæ paren-  
appellatus circa an. m. 3570. de quo  
scribitur, Musas ore ejus locutas; tantæ  
fuit eruditionis.

DEMOCRITUS semper ridicu-  
lus (cujus continuo risu videtur lu-  
dens natura continuum luctum He-  
racliti temperare voluisse) qui cum  
varias regiones scientiæ indagandæ  
causâ peragrasset, tandem doctissimus  
in patriam reversus, patrios agros &  
magnas opes reipublicæ donavit, sa-  
tius dicens, cum paupertate studio-  
rum libertate lætari, quam divitiarum  
servili curâ vexari: abdidit se in hor-  
tulo suo, ibique naturæ arcana rima-  
tus est. Oculos demum sibi ipsi effo-  
dit, ut minus distraheretur. Vixit  
annos centum & novem. Multis li-  
bris conscriptis clarus fuit, dicere so-  
litus: convenientius esse, ut parciatim  
in tuo servos, quam luxum in alieno.

Laer.

Lærtius sex Democritos fuisse ait, quo-  
rum primus hic, secundus Chius, qui fuit  
musicus, tertius sculptor, quartus qui  
script de templo Dianæ Ephesinæ, quin-  
tus Poëta, sextus pergameus orator.

ÆSCHILUS poëta tragicus, hic  
cùm in aprico loco esset soporatus, &  
aquila testudinem in aëra levâsset, ut  
inde super lapidem demissam frange-  
ret, eam super Æschili caput (quod  
propter calvitiam aquilæ lapis esse  
videbatur) tanto impetu impegit, ut  
fatali vulnere percussus vitam amise-  
rit. Ut sexcentis modis homines mori  
posse docerentur.

SOPHOCLES Atheniensis poëta  
tragicus natus an. m. 3583. qui Æschili-  
um vicit, ut Cimon judicavit, præ-  
stantiâ poëseos; unde ex mœrore Æsc-  
hilus in Siciliam secessit, ibique, ut  
dictum, testudinis jaœtu extinctus, So-  
phocles autem cùm audijisset se victo-  
rem esse, præ gaudio exspiravit.

SOCRATES Atheniensis philos-  
natus an. m. 3585. adeo excelluit in

F 5 Phi-

130 **AETAS V.** ab an. 3517.  
Philosophia, ut Tullius de eo dicit,  
**Philosophiam è cælo vocâsse**: fuit insuper  
castitate eximius. Symbolum ejus  
erat: *Amicus hominis sapientia illius, &*  
*inimicus hominis stultitia ejus.* Item,  
*qualis vis videri, talis esto; & sic age ali-*  
*num, ut tuum negotium non obliviscaris.*  
Accusatus ab Anyto & Melito lœsæ  
pietatis in Deos, & corruptæ juventu-  
tis, eòquod derideret quercum, hir-  
cos & canes Deos esse, ideò in carce-  
rem conjectus, & in eo hausto ve-  
neno defunctus est an. m. 3654. cuius  
iniquissimæ actionis populum statim  
pœnituit, & omni irâ in criminatores  
versâ, eisdem capitâ supplicium ir-  
rogavit.

**THEMISTOCLES** Atheniensis  
philosophus & miles fortissimus ac de  
Xerxis 1200. navibus triumphator  
cum 100. triremibus tantum.

Hic urbis principatum anhelans rogavit  
cytharistam quendam celebrem, ut artem  
apud se in domo sua exerceret, ut sic do-  
mus sua à multis & præcipuis quibusque  
frequentaretur, quibus suâ eloquentiâ &  
libe-

liberalitate eō usque se commendavit, ut tandem principatum urbis obtineret, quo etiam magnā laude & virtutum commendatione perfunctus est. Tantæ fuit magnanimitatis, ut cūm aliquando viēto fugato-  
que Xerxe ad visenda Persarum interfecto-  
rum corpora descendisset, & torques &  
armillas pretiosas adspexisset, præteriens  
ipse diceret amico, qui eum sequebatur:  
*Collige ista tibi, tu enim nequaquam Themis-  
tocles es.* Denique ostracismo expulsus est  
Athenis, de tribus accusatus: de nimia po-  
tentia, de severitate, & quod Persis vide-  
retur favere; melius autem, quia ejus opera  
Athenienses non ultra indigebant. Unde se  
cum arbore comparabat, sub qua tempore  
pluvio viatores latent, sereno cœlo autem  
ejus ramos diffingunt. Ejectus ē civitate  
sua ad Persarum regem confugit, & ab eo,  
(Quanquam maxima damna quondam intu-  
lisset) perhumaniter & honorificè excep-  
tus est, ac demum post multas persecutio-  
nes suæ ætatis anno 65. an. m. 3593. voluntariam sibi mortem accivit hausto  
sanguine taurino, ne cogeretur contra pa-  
triā militare. Reverā pro patria mortu-  
us quanquam ingratissimā.

EURIPEDES poëta floruit cum  
Themistocle, castitatis laude ita emi-  
nuit,

F 6

132      **AETAS V.** ab anno 3517:  
nuit, ut vulgo mulierum osor appellaretur.

THUCYDITES natus an. m. 3584  
alter historiæ parens dictus, & quidem  
**Herodoto** multò accuratior: uti omnia  
procedente tempore meliora fiant.

ARISTIDES Atheniensis philo-  
phus circa eadem tempora floruit vir  
discretissimus & justitiae amantissi-  
mus: unde nomen *justi* obtinuit. Fe-  
runt illum tam inopem mortuum, ut  
suis sumptibus ad tumulum effetti  
non potuerit.

PROTAGORAS natus circa ann:  
m. 3610. cognominatus est *Atheos*,  
quia initio libri cuiusdam ita scripsit  
de Diis; *sintne, an non sint, nequo fa-*  
*tuere; multa enim id scire prohibent, rei*  
*incertitudo & brevis hominum vita,*

Bajulus hic fuerat quondam, sed  
cum Democrito collocutus Philo-  
phiam addiscendam humeris impo-  
suit, cui par ferendo non erat; itaque  
factus est sophista abdicato philolo-  
phi

phi nomine, neutro dignus, sed ignibus, quibus libri ejus Athenis, accusante *Theodoro* quodam conflagrârunt. Fuerunt & alii duo Protagoræ, unus astrologus, & alter philosophus stocus.

**MELISSUS** origine Samius, auditor *Parmenidis*, qui non docuit otiosam & inertem Philosophiam, sed regendis civitatibus accommodatam, & æque domi, quam militiæ bonus fuit philosophus & miles.

**ANAXAGORAS** philosophus *Clazomeninus*, qui studendi ductus desiderio, totum patrimonium suum reliquit, & peregrè abiit. Ubi cuidam interroganti, nonnetibi patria cura nulla est? respondit, mihi patria cura est & summa quidem, atq; ita dicens, digitum cœlum versus erexit. Cumque in patriam reversus vidisset possessiones suas interiisse: non essem, ajebat, ego salvus, nisi ista periyssent. Interrogatus ad quid factus esset? ad contemplandum, dixit, solem & lunam & cœlum.

Ad

Ab Atheniensibus in carcerem con-  
ditus est, quia solem, quem illi pro Deo  
colebant, lapidem ignitum esse dice-  
bat: carceris squalore semiconsum-  
ptus epoto veneno vitam finivit.

**E M P E D O C L E S** Philosopher  
Atheniensis cum Anaxagora floruit.  
Musicæ adeò peritus fuit, ut hominem  
furibundum in hospitem suum irru-  
entē ad occidendum, suavitate cantus  
moverit, & mitigatā iracundia à nece  
abstraxerit. Deum ita describere so-  
litus: *Deus est sphera, cuius centrum est  
ubiq; circumferentia nusquam.* Arbitra-  
tus deniq; animas esse immortales, se-  
met ipsum in incendium conjectit.

**CRATINUS** Atheniensis quidam  
poëta comicus & satyricus fuit.

**HIPPOCRATES** medicorum  
princeps natus an. m. 3618. in insula  
*Coo*: hic medicinam longo tempore  
deperditam in usum revocavit, in  
eamque rem multos libros confa-  
psit. Hostis fuit voluptatum, & cum  
discipulos suscipiebat, priùs ab eis ju-

ramentum exposcebat , quòd essent  
servaturi silentium inconcussum &  
mansuetudinem & modestiam exhi-  
bituri in moribus. Modici cibi fuit,  
&cùm quiesceret, terram aspicere so-  
litus, & dicere sæpe auditus est: *qui vult*  
*liber esse, non cupiat quod habere non po-*  
*nt:* *qui vult habere, quod cupit, cupiat*  
*quod habere potest: qui vult pacificè in hac*  
*vita vivere, similis fiat illi, qui ad conuin-*  
*vium invitatur, & de omni apposito gra-*  
*tias agit, neq; de rerum defecta murmu-*  
*rat.* Mortuus est, cùm esset 95. anno.  
rum.

GORGIAS philosophus Empe-  
dochis discipulus, tam dives effectus  
est quæstu tradendæ oratoriæ artis, ut  
primus hominum solidam auream sta-  
tuam in templo Delphico statuerit.

ZENO CITHREUS philosophus  
in signis fuit hâc ætate, de quo Laërtius  
scribit: cùm esset adhuc parvu-  
lus, oraculum consuluisse, quo pacto  
optimè viveret; & responsum accepis-  
se, ut magno studio libros perlegeret.

Fa-

336      ÆTAS V. ab anno 3517.  
Factus Cratini discipulus, magnæ  
mæ fuit.

ZENO alias stoicus fuit tempor  
Ptolomæi Philadelphi, auctor stoicæ  
sextæ, cuius sententia erat, posse omnes  
perturbationes mentibus hominum eradi-  
cari. Summum id bonum esse, quod ho-  
nestum est. Nihil deest ad rectè vivendum  
ei, in quo virtus est. Tanto in honore  
fuit apud Athenienses, ut claves ur-  
bis apud eum deponerent, & post  
mortem ab eisdem coronâ aureâ æreâ  
que statuâ decoraretur. Zenones se-  
ptem fuerunt, primus, secundus & ter-  
tius de quibus suprà: quartus histori-  
cus, qui Pyrrhi res gestas scripsit in Ita-  
lia: quintus Chrysippi discipulus; sex-  
tus medicus acutæ intelligentiae;  
septimus sydonius philosophus Epi-  
cureus.

ISOCRATES Atheniensis philo-  
sophus natus an. m. 3618. septennio  
ante Platonem orator clarissimus, cu-  
jus laudes melius scripta, quam aliis  
quivis celebrare queat. Dicere con-  
sue.

Suetus: talis fias parentibus, quales erga te  
natos fieri peroptas, & magis verborum,  
quam rerum deposita serva. Anno vitæ  
centesimo mortuus est, inquit Plu-  
tarctus, cum in Hippocratis palæstra  
nuncium de Chæronensi clade acce-  
pisset; non enim sustinens videre Græ-  
ciam in servitutem iterum redactam,  
quatriduanâ inediâ se ipsum è vita  
eduxit.

XENOPHON philosophus &  
simul insignis imperator exercitūs  
Atheniensis. Patrem habuit *Gryl-  
lum*, patriam Athenas, quanquam diu  
quoque vixerit Corinthi. Vir suit  
verecundus & mirum in modum spe-  
ciosus, parique gratiâ præditos habu-  
it duos filios, *Gryllum* ac *Diodorum*,  
quos ex *Philegia* suscepit, dicti que sunt  
*Iovis filij*, tanquam *Castori* & *Polluci* pa-  
res essent venustate. Formæ Xeno-  
phantis respondebat eloquij elegan-  
tia, ob quam *Apis Attica* dictus est,  
& videbatur cultus ipse commendare  
orationem, ut verum sit, *gratior est pul-  
chro*

ÆTAS V. ab an. 3517.  
*chro veniens in corpore virius.* Mo-  
tuus est nonagenarius factus, anno m.  
3694.

ARCHITA TARENTINUS phi-  
losophus Pythagoricus. Hic Plato.  
nem philosophum à Dionysio Siracu-  
sano necandum ex manibus ejus eri-  
puit, dicere solitus: *nulla pessis capita-*  
*tior est, quam voluptas corporis.* Fue-  
runt & alij Architæ, unus Mytilenus,  
alter, qui scripsit de agricultura; ter-  
tius epigrammatum scriptor: quartus  
qui Architeetus fuit, & de machinali-  
brum edidit.

PLATO Græciæ & philosopho-  
rum magnum lumen, natus anno m.  
3626. ante Chr. 427. genus paternum  
traxit à *Codro rege*, & maternum à  
*Solone.* Variis scientiis imbutus à va-  
riis præceptoribus & magistris, excel-  
lens in omnibus; unde & *divinus ap-*  
*pellatus est, propter oracula sapientia*  
*singularis.* Laudatur à S. Augustino  
quod ipse acutius & veracius præ om-  
nibus aliis philosophis Philosophiam  
gen.

gentium intellexerit. De vero Deo  
hoc ejus effatum fuit: quod si causa sub-  
sistendi, ratio intelligendi, & ordo viven-  
di. Varia quoque scripsit & reliquit  
monumenta verâ doctrinâ refertis-  
sima.

Obiit anno ætatis 81. occubens  
innuptiis An. m. 5706. Secta, quæ ab  
ipso defluxit, dicta est *Academica*, de  
quâ etiam Aristoteles fuit princeps Pe-  
ripateticorum.

**DEMOCEDES** medicus Crotone-  
niata illustris, iisdem cum Platone  
temporibus floruit. Inter *Darij* capti-  
vos existens, cum *Darius* acerrimis pe-  
dum doloribus cruciaretur, & ex me-  
dicis nemo opitulari posset, ex vinculis  
accersitus, *Democedes* juvit; propterea  
maximo deinde apud Regem in ho-  
nore habitus est.

**ANTISTHENES** philosophus  
Atheniensis & orator. *Hic*, ut testa-  
tur de eo Augustinus, *summum bonum*  
*in virtute posuit*. Cujus sententia fuit  
in-

140      **ÆTAS V.** ab anno 3517.  
inter alias tritissima: inscitia est mu-  
discere, & quod satis est, nescire.

**ARISTIPPIUS** philosophus Cyre-  
neus, *Socratis* discipulus, qui summum  
bonum in voluptate constituit.

**EPICURUS** Athen: discipulus So-  
cratis: docuit animas cum corporibus  
interire: ideoq; voluptatibus fruendum  
tanquam summo bono. Auctor sectæ  
perversissimæ Epicureorum.

**POLYSTRATUS** discipulus Epi-  
curi, non melior magistro, qui eodem  
die cum Epicuro natus & cum eodem  
mortuus.

**SPEUSIPPIUS** Platonis ex sorore  
nepos, postquam platonice scholæ  
octo annis præfuisse, Epicureæ sectæ  
discipulū se dedit. Obiit demum à pe-  
diculis enectus: cuius libros conscri-  
ptos Aristoteles emit duobus talentis.

**HERMIAS** eunuchus philosophus,  
ex Asiæ quadam urbe natus, trapezi-  
tæ cuiusdam viri famulus, Athenæ  
profectus, cùm Platonem audivisset,  
doctissimus evasit, & domum regref-  
fus

sus unà cum domino suo Assenenses aggreditur, quos omnes sibi subegit, & ipsis unà cum domino suo imperavit, quo mortuo solus dominatum adeptus est. Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos plurimum honnavit, & Aristoteli fratris filiam uxorem dedit.

DIONYSIUS ludimagister factus, postquam defuncto patre *Dionysio* Syracusano regnum occupasset & propter tyrannidem eodem exturbatus esset. Vir omnium turpitudinum plenus. A Syracusis pulsus Corinthi pueros docere cœpit, regnante Artaxerxe. Sic cùm regnare non posset viris, voluit saltem in pueros tenere imperium, de quo Ovidius canit: *Ille Syracusiam modo formidatus in urbe,*

*Vix humili duram repulit arte famem.*

DIOGENES CYNICUS dictus, quod canino dente homines carperet, & os deforme, velut canis ri&um præferret habitare solitus in dolio.

Mor-

Mortuus eodem, quo Alexander, anno, ætatis suæ nonagesima Vir ambitiosæ paupertatis, & fastum aliorum fastu proprio calcare consuetus.

ARISTOTELIS natus an. m. 3670 filius Nicomachi, qui genus & artem referebat ad Machaonem Aesculapij filium, matre Phæstide Chalcidensi; patriam habuit Stagiram in Macedonia, quam nomine suo & gloriâ illustrem reddidit. Discipulus Platonis postmodum vix non factus supremagistrum, auctor sectæ Peripateticæ, qui & Alexandri Magni per octo annos præceptor esse meruit. Cùm in Lycaeo multos annos docuisse, ex invidia accusatus, quod de Diis non recte sentiret, veritus ne sibi idem contingere, quod Socrati, in Chalcidem abiit. Plurimis operibus de Philosophia conscriptis clarissimus. Mortuus anno ætatis 63. an. m. 373<sup>2</sup>; scribunt nonnulli, quod a conito humero interierit, cùm in jus vocatus esset

ob

ob hymnum in Hermiam eunuchum  
scriptum. Fabula est, quod se ipsum  
in mare præcipitem dederit.

DEMOSTHENES triennio Ari-  
stotele junior, natus an. m. 3673. &  
eodem anno, quo Aristoteles mortuus  
est. Ignobili quidem natus origine,  
vultu tamen, voce, gestu, totiusque  
corporis pondere & sententiarum gra-  
vitate in dicendo fulmen & Jupiter  
eloquentiae fuit. Quod adversus Phi-  
lippum Macedonum regem Athenas  
obsidione prementem perstiterit civi-  
tas, debuit Demostheni. Ab Archia  
Antipatri duce satellitum manu com-  
prehensus in Neptuni delubro in Ca-  
lauria, cum se Antipatro fistendum  
audiret, *sustinet e paulisper*, inquit ad  
satellites & ducem, *donec domum nonni-  
bus scribam*. Sic fatus ad interiora  
templi recessit, & sumpto libello, qua-  
si scripturus, calatum imbutum ve-  
neno ori admovit, eumque mordens  
aliquamdiu in ore tenuit, ut alias, velut  
medi-

144 AETAS V. ab anno 3519.

meditabundus facere consueverat  
tum caput obvolutum reclinavit, &  
cum ad abeundum adigeretur, ante  
aram transiens concidit, animamque  
efflavit.

BION Syracusanus, nobilis phi-  
losophus, quia in utraque Dionysij ty-  
ranni de complicatus fuit, & affinitate  
coniunctus, apud Syraculanam urbem  
interemptus est.

CARMEIDES philosophus Dio-  
genis auditor. Hic adeo studiis im-  
mersus erat, ut cum ad mensam sede-  
ret cogitationibus suis abreptus, cibos  
ori apponere oblivisceretur, sed Mel-  
issa, quam uxorem habebat, dexteram  
ejus necessariis usibus coaptabat; ani-  
mo cum vita fruebatur, corpore vero  
quasi alieno circumdatus videbatur;  
vivendo annos centum traduxit.

AESCHINES philosophus & ora-  
tor Atheniensis & pauper, qui cum  
nihil haberet, quod offerret Socrati  
magistro suo, aliis liberaliter offe-  
ribus, se ipsum obtulit, dicens, quod  
ha-

*usq; ad an. mundi 3743:* 145

habeo, hoc tibi do. Laërtius septem  
fuisse ait, qui hoc nomine appellantur.

XENOPHILUS philosophus Py-  
thagoricus summâ doctrinæ laude  
vixit annis 105.

PHEDRON philosophus Eliden-  
sis Socrati & Platonii familiaris, cuius  
nomine Plato librum de animæ im-  
mortalitate prænotavit.

XENOCRATES Chalcidonensis  
philosophus & Platonis auditor: in-  
signi gravitate morum fuit, & doctri-  
nae quoque severitate ac constantia.  
Ejus inquietandi causâ nobile scor-  
tum *Philene* à leviculis quibusdam in  
cellam ejus immissa est; sed cùm nihil  
ab eo impetrasset vel suæ vel aliorum  
levitati, à quibus immissa erat, consi-  
mile, & votis correspondens, disce-  
dens à Xenocrate, dixit *se non à viro,*  
*st à statua redire.* Omnis fastus singu-  
laris contemptor fuit.

Mortuus est noctu, cum in sartagi-  
nem fortè impegisset, anno ætatis suæ  
82. Plato de Xenocrate dicere solitus:

G

hunc

*hunc calcaribus, Aristotelem, quem X.  
nocrates condiscipulum habebat, fra-  
no indigere; adeò erat ingenio & mo-  
ribus gravis & tardus.*

**HERMESTUS** (qui & *Trisme-  
gistus*) Platonis olim discipulus fuit:  
docuit Deum esse unum rerum con-  
ditorem, & maiores suos damnavit  
erroris, qui statutâ Deorum pluralita-  
te, homines mortuos adoraverunt.  
Diētus quoque *Mercurius*, quia ora-  
tor insignis erat, & librum scripsit de  
*Verbo perfecto*: eloquentia autem per  
*Mercurium* proponitur, cui aliae ap-  
pinguntur, eò quod verba, qua loqui-  
mur, per aërem volent.

**APULEJUS** Apher discipulus Pla-  
tonis, libris clarus: inter ceteros scri-  
psit unum, quem *asinum aurenum* inti-  
tulavit, & unum de Deo sacratis, sic  
de iis qui Deo sacrati sunt, cuius ut-  
minit S. Augustinus de civitate Dei  
de Cosmographia; de paupertate &  
sententia ejus erat, *nihil est Dñ sim-  
ilis, quam vir animo perfecte bonus.*

PL

PLOTINUS discipulus Platonis,  
& praeceptor Porphyrii, vir ad omnia  
virtutum ornamenta compositus, ju-  
stus, fortis, temperans & prudens;  
unde & librum de virtutibus edidit.  
Docuit, sicut habetur lib. 20. de civi-  
tate Dei cap. 2. *Animam rationalem*,  
quam in coelestibus sedibus habitare  
non dubitavit, non habere supra natu-  
ram, nisi Deum, qui sicut sol illuminat lu-  
nam, ita illustrat animam.

DEMAS Atheniensis philosophus,  
quando Athenienses Alexandro post  
civitatem traditam sacrificare volue-  
runt, illud auctoritate suâ impedivit,  
ne fieret, dixitque, *videlicet ne dum cœlum  
custoditis, terram amittatis.*

CALISTHENES insignis philo-  
sophus, discipulus Aristotelis, dicere  
ausus ad Alexandrum: si Deus es, bene-  
ficia mortalibus largire, & non sua eripe:  
si homo es, cogita semper id, quod es. Pro-  
pter quod iratus Alexander eum in fo-  
num cum cane includi, & sic miserè  
occidi jussit.

G 2

*Aliis*

*Aliis quibusdam rebus celebres hæc etate.*

**P**O LYCRATES circa an. m. 3522. à felicitate & fortuna celebratissimus, Sami tyrannus fuit, fortunæ filius, quam ita faventem sentiebat, ut felicitatem ipse suam temperandam censuerit: itaq; annulum magni pretij, quem in digito ferebat, project in mare, ut saltem sponte aliquid perderet, verùm paulò post idem annulus in ventre piscis à pescatore reperitus, eidem restitutus est, majori fortunæ beneficio. Captus tamen, & crudeliter tandem à Persis in cruce actus & necatus, ante obitum felicem neminem dicendum esse ostendit & fortunam, quos arctius stringit & complectitur, sæpè suffocare.

**M**ILO CROTONIATES athleta gloriosus circa an. m. 3522. tantæ fuit fortitudinis, ut malum punicum integrum & illibatum à plurimis viris sibi eripi non sineret. Insisten-

discoperuncto, à nullo potuit excuti  
quálibet factâ impressione. Bovem  
& statuam æneam sibi magnitudine  
parem humeris extulit, tandem tamen  
factus est præda dentibus luporum.

RHODOPES meretrix fuit cele-  
bratissima & miræ pulchritudinis.  
Huc captiva reportata in Ægyptum  
à Crassè Saphonis fratre, maximâ pecu-  
niâ redempta est; & tantas hæc me-  
retrix suo turpi commercio opes con-  
favit, ut apud Memphym Pyrami-  
dem sumptuosissimam exstruxerit.

ZEUXIS HERACLEOTES vixit  
temporibus Xerxis, præstantissimus  
pictor, arte suâ tantas opes acquisivit,  
ut instituerit donare opera sua, eo quod  
pretio nullo sat digno permutari pos-  
se diceret. Inter cætera mirabilia  
pinxit, ut Plinius refert, puerum uvas  
terentem; ad quas cum aves advo-  
larent, processit iratus, & dixit, *uvas*  
*mulius pinxi, quam puerum; nam si hunc*  
*ruinæ laborâsseris, ipsum timuissent.* Dici-  
tur

100 *ÆTAS V. ab an. 3517.*  
tur à Quintiliano *umbrarum magna*  
*Inventor.*

PARRHASIUS EPHESIUS circa  
eadem tempora pictor nobilissimus,  
certavit cum Zeuxide picturæ peri-  
tiâ; cùm enim Zeuxis uvas exhibui-  
set tanto artificio pietas, ut aves advo-  
larent, Parrhasius detulit cortinam  
ad eo consimilem veræ linteæ corti-  
næ, ut Zeuxis cuperet removere cor-  
tinam ad picturam ipsam latenter  
contemplandam. Sed deprehensio  
errore suo, palmam ingenuo pudore  
concessit Parrhasio, quoniam ipse aves  
fefelleret, Parrhasius autem Zeuxide.

TIMANTES præcipuus inven-  
tor colorum miscendorum.

PHIDIAS statuarius clarissimus,  
cujus opus præstantissimum & mira-  
culum artis fuit statua Minervæ, ex  
ebore elaborata Athenis, in cuius ex-  
timo scuto Amazonum prælia, in con-  
cavitate scuti dimicationes gigan-  
tum, in soleis autem Lapitharum &

Cen-

*usq; ad an. mundi 3743.*

151

Centaurorum pugnas, in basi triginta  
Deos miro artificio exsculpit.

HEROSTRATUS natione Græ-  
cus, homo scelestus & ignavus, qui  
Ocho regnante, ut famam sibi com-  
pararet, templum Dianæ Ephesi ac-  
cendit & incineravit: quo audito sena-  
tus Ephesius decretum tulit, ne quis  
unquam ejus nomen litteris mandaret;  
dignum sanè supplicium, sed minime  
obseruatum.

POLYDAMAS athleta fortissimus  
circa an. m. 3646. hujus famâ *Darius*  
permotus, videre eum voluit, & Surā  
evocavit. Hic tres viros valentissi-  
mos in se simul irruentes pugnis &  
calcibus interemit; inermis leonem  
præferocem confecit; currum cum  
equis incitatis retinuit: demum spelun-  
cæ ruinâ oppressus est fugientibus  
aliis, cùm se parem monti sustinendo  
imprudenter crederet.

DINOCRATES Alexandri Magni  
insignis architectus: hic jubente Ale-

G 4

Xan.

152      AETAS V. ab an. 3517.  
xandro & Alexandriam in Aegypti  
metatus est, & instauracioni templi  
Ephesini Dianæ præfuit.

... 500 500 500 500 500 500 500 500 500

### S. X. Bella & bellis clari.

Judæi septuagenaria Babylonica  
captivitate valde attriti & humilia-  
ti sub jugo Persico, hæc ætate à bellis  
inferendis conqueverunt: gentis suæ  
reliquiis colligendis, urbi temploque,  
& suis simul viribus reparandis inten-  
ti, arma non sumpserunt, nisi forte ad  
defendendos se adversus Samaritanos.

Igitur tantum memorabiliora bel-  
la, quæ apud gentes hæc ætate gesta  
sunt, hic referuntur.

Anno 3523. Cyrus à Tomyri Massa-  
getarum regina ( habitabant Massa-  
getæ ad mare Caspium Araxe am-  
conclusi ) cum imenso exercitu cæsos.  
Anno m. 3526. Cambyses P/amus-  
nitum regem in vincula coniicit, &  
in custodia suburbana Memphis tem-

tum;

tum, in tribus, quomodo affectus es-  
set, exploravit: primò misit filiam  
*Psammeniti* cum alijs primæ nobilita-  
tis virginibus ad servile ministerium  
aquaꝝ in hydria comportandæ, ad  
quod spectaculum rex vultu dejecto  
olmutuit: secundò filium ejus unà  
cum duobus Ægyptiorum millibus  
æqualis ætatis fune in collum injecto,  
ad supplicium abripi jussit, spectante  
*Psammenito*, & profundo corde dolo-  
res premente: tertio amicum inti-  
mum, quem semper apud *Psammeni-*  
*tum* in summis amoribus fuisse nove-  
rat, bonis omnibus exutum ostiatim  
mendicare coëgit: Quod cùm vide-  
ret *Psammenitus*, ejusque viri sortem  
ægrius, quām filiæ aut filii mortem  
ferret, ingentem ploratum edidit, &  
causam rogatus à Cambyse, respon-  
dit: *priora illa mala domestica majora*  
fuisse, quām ut ea deflere posset: amici au-  
um miseriam dignam fuisse lachrymis  
et iulianus.

G f s t i q u i z o g Post-

Post hæc Cambyses tripli expeditionem Africam domare aggressus est; prima ad verius Carthaginem irrito conatu suscepta, Phœnicis adverius coloniam suam pugnare recusantibus. In secunda, quā Ammonenses petebat, pugnam habuit cum ventis, qui magnis arenæ cumulis congestis quinquaginta millia virorum, scilicet selectum sui exercitus obruerunt: in tertia contra Æthiopas cum fame luctantes, humanis corporibus pro commeatu subficiunt. Itaque sine victoria Memphis reperit, relatio belli imperatoribus documento: summa opus imperatoria esse, non tantum pugnam sed etiam facere, ut pugnare milites possint.

Anno m. 3534. Babylon rebellans post novendecim mensium obſidionem, opera Zopyri Dario regi subjugatur. *Zopyrus* iste nares & aures deformissimâ mutilatione sibi met præcidit, & simulato transfigio, quasi dignè à Dario & injurioso habitu effet, gratiam fidemque apud Babylonicos eò usque invenit, ut opera eius contra Darium uterentur, credita summâ exercitus præfecturâ: quia ille opportunitate iussus, cùm urbis

claves nactus esset, Dario urbem tradidit.

Anno m. 3536. Darius expeditio-  
nem suscepit in Scythes Europæos,  
totumque Orientem ad bellum cum  
Europa habendum excivit: sed in-  
gentibus exordiis bellandi impar om-  
nino exitus respondit; amissis enim  
hominum nonaginta millibus, retro-  
cedere coactus, didicit posse Deum uti  
ex parvis magna, sic ex maximis qui-  
busque minima efficere.

Anno m. 3539. cœpit bellum Jo-  
nicum inter Persas & Jones Græcos,  
Histio Milesio incendente, quod Jo-  
nibus valde infaustum fuit: omnibus,  
quas habebant in Asia, tum urbibus,  
tum insulis amissis, & in Persarum  
potestatem redactis.

Histiæ autem id præmium cessit,  
quod ab ipsis Persis suppicio perfidiæ  
digno peremptus fuerit.

Anno m. 3562. pugnatum est ad  
*Marathonem* pugnâ celeberrimâ, ad  
quam Persæ trecenta millia, Atheni-  
enses

enses tantum undecim millia eduxerunt, sed Duce Miltiade, qui fuit prudenter & octoginta novem milibus, quibus Athenienses Persis erant inferiores: nam vieti Persæ & in fugam aeti, victoriam nullâ temporum oblitione mergendam reliquerunt in mari.

Quanta fuerit pugnantium Atheniensem ferocia, colligere licebit vel ex uno facto *Cynegiri*, qui navem hostilem dextrâ post sinistrâ, & tandem utrâque carentibus prehensam detinuit, quasi victoriam fugientem occuparet, & stabilienda fortunæ anchora factus esset.

Anno m. 3574. Græci ad Salamînam de Persis celebrem victoriam reportarunt duce Themistocle. In hoc prælium Xerxes eduxit 323 5220. gemino ponte instruxit Hellespontum, Athon suffudit, dixisses etiam flumina potantium multitudine epotata esse, & totam Asiam sese in Græciam effusisse. Sed quid tantus apparatus? Xerxes cum tantis copijs vicitus, sparsa per

Gra.

Græciam Asiamque fugâ, docuit homines, sæpe eligi à Deo infirma, ut confundantur fortia.

Anno m. 3575. terrestri prælio iterum Persæ devicti ad Platæas in Boeotia per Lacedæmonios & Tegeates, ubi cæsus est *Mardonius* infensissimus hostis Græcorum, & quidquid Persorum erat in bello, deletum est: exinde Athenæ anteà eversæ iterum reparatae sunt, & Athenienses *Themistoclis* industria, *Cimonis* humanitate, & *Aristidis* justitiâ in socios, maris sibi dominium stabiliverunt.

Anno m. 3590. *Cimon* dux Atheniensium valida cum classe in Asiam transgessus, ea damna illaturus Persis, quæ Græciæ Xerxes trajecto Hellestante intulisset.

Fuit illa classis navium trecentarum, partim Atheniensium, partim urbium sociarum, quibus Cariam & Lyciam occuparer, quæ à Persis ad Græcos defecerunt, Persæ quoque gemino exercitu, terrestri & navalı in Græcos pugnaverunt, & navalı quidem ad Cyprum, ubi cùm fortiter diu

pag-

pugnatum esset , ad extremum victoria  
cessit Atheniensibus , qui multis hostium  
navibus afflictis & pessimum datis, plures quam  
centum in potestate suam redegerunt,  
reliquis navibus ad Cyprum fugâ dilapsi.  
Milites quidem in terras evasere , naves  
autem propugnatoribus vacuae in manus  
Græcorum venere : quibus Cimon magna  
arte in hostium perniciem usus est. Cum  
enim percepisset Persas stativa habere ad  
Eurymedontem fluvium Pamphyliæ in na-  
ves fortissimos quoque suorum tauris &  
reliquo ornato Persico instructos collocat,  
ut eos sub noctem venientes barbari pro-  
suis excipiant , figurâ & apparatu navium  
decepti ; nocte autem obortâ Cimon mili-  
tem exponit , & pro amico receptus in  
castris barbarorum incredibilem stragam  
excitat. Cum autem scirent Persæ Græcos  
navali tantum exercitu esse instructos , Pi-  
sidas finitimos jam pridem sibi inimicos ex-  
continenti & inopinato se adortos puta-  
bant : itaque ad naves quasi socias refugie-  
bant , ubi hoste reperto , ingenti frage  
mediis in tenebris affecti sunt ; posterâ de-  
inde luce trophyo illic eretto in Cyprum  
renavigant , geminâ victoriâ , navali alterâ ,  
& alterâ terrestri , uno in die potiti.

Fuit iste C I M O N singularis virtutis  
inter alia de eo Plutarchus memorat , quod  
cum

eum spoliis hostium opulentissimus evasis-  
set, deditias suas in cives partiri jussert.  
Insuper fruges omnes agrorum suorum  
egenis & peregrinis absumendas concessit,  
& quotidie ingenti convivio plurimos pau-  
peres pascere solebat. Admittebat intra  
suos lares perinde atque in publico diverso-  
rio inopes, ac præcipue cives, ut Saturnia  
tempora Athenienses renovata esse crede-  
rent. Refertur etiam in parentem suum  
Miltiadem tantæ fuisse pietatis, ut, cum  
ille in vinculis, quibus captivus tenebatur,  
obiisset, pro mortuo patre se vivum in vin-  
cula dederit, ad vinculum cadaver patris re-  
dimendum & sepulchro tradendum: unde  
videtur Deus voluisse tantas virtutes insi-  
gnis ducis toti viatoriis coronare. Pudeat  
Christianum pietatem non discere ab  
Ethnico.

Anno m. 3623. ante Chr. 430. cond.  
urb. 322. coepit bellum Pelope-  
nesiacum, quod 27. annis gestum est  
Spartanos inter & Athenienses com-  
muni totius Græciæ clade.

Fax prima & potissima tanti belli extitit  
Pericles tam manu promptus, quam lingua  
facundus, qui suis civibus dominatum in  
Græcia, & sibi Athenis primatum instrue-  
bat, æquè cupidus gloriæ militaris, quam  
ratio.

rationibus reddendis obnoxius. Unde quibus poterat ignibus Athenenses inflammatabant, ad Spartanos, qui libertatem Græcię ab Atheniensibus violatam praetextentes arma corripuerunt, funditus exscindendos; sed modicam inde gloriam retulit inventor belli cruenti Pericles, qui altero statim anno peste, quae Athenas depopulata est, decepsit. Neque tamen cœlum est à bello, ut duplex scilicet belli ac pestis calamitas sœviret, Alcibiade, Periclis ex sorore nepote armis omnia involvente.

Alcibiades erat juvenis turbulentus & fortis, qui interceptos Spartanorum legatos missos ad Persarum regem interfici, & in profundas fossas præcipitari jussit, in ultionem aliquorum Atheniensium, qui eodem modo Lacedæmonie tractati fuerant. In varia fortuna semper audax, ab Atheniensibus ad causam dicendam citatus ad Spartanos confugit. A Spartanis revocatus, Athenas rediit, & quasi Deus de cœlo allapsus receptus est; mox tam iterum, ut primò ejectus & transfuga ad Persas factus, curante Lyandro interfactus est.

Anno

Anno m. 3649. pugna ad Ægæos  
Potamos Lysandrum inter & Cono-  
nem ducem Atheniensium commissa,  
finem fecit funesti belli Peloponesiaci,  
cum irreparabili Atheniensium clade;  
deperditis enim 180. navibus perdi-  
runt simul socias urbes & maris im-  
perium, Conone ad Evagoram Cypri-  
um fugiente. Ipsæ Athenæ à Spar-  
tanis obseßæ, ac captæ Lysandro vi-  
ctori permisæ sunt, à quo portu, mu-  
ris & legibus spoliatæ, novas leges &  
triginta rectores seu dominos accepe-  
runt, constitutis pro alijs urbibus de-  
cem viris, quasi Athenæ alijs urbibus  
tribus pares essent, ut triginta viris gu-  
bernari necesse esset.

Sic tandem humiliata tumidagens per ty-  
rannos triginta (qui cum potestate präce-  
rant) ita direpta bonis, exhausta cædibus,  
ut plures cives octo mensibus per pacem  
raptos lugeret, quām gravissimo bello tot  
annis. Lysander autem Lacedæmonem  
navigavit cum spoliis innumerabilibus &  
immensis thesauris pecuniarum: quam  
summam Diodorus scribit fuisse mille &  
quingentorum talentorum.

Inde

Lysander rei præclarè gestæ successibus elatus, cùm jam Græciæ imperium Lacedæmonijs subiecisset, consilium quoque init regnum Heraclidarum antiquandi, & populi electioni permittendi, ratus, si id obtinuisset, se ob rerum gestarum magnitudinem in regem electum iri. Neque absurdè regnum ambiebat apud populum, qui illum jam divinis honoribus afficiebat per summam assentationem. Festa enim Lysandrea pro Junonijs celebrabantur, jamque aræ illi ceu Deo ergebantur, jam victimæ immolabantur, aliaque id genus in novi Dei honorem fiebant. Occulta autem hæc Ly- sandri consilia ( neque enim detecta sunt, nisi post mortem inventa apud eum concio- ne, quam de eo argumento scripserat) evertit certissima felicitatis comes invidias. Agesilans enim, qui post Agim regium thronum apud Spartanos concenderat, animadvertisens, quod multa hominum turba sectaretur Lysandrum, quibus potuit modis, alas succidit, & in ordinem redigit; quanquam adhuc uteretur fortitudine ejus & militari scientiâ, quam etiam pro Lacedæmonijs fideliter impendere usque ad ultimum vitæ non desistit, ad Haliantum Boe- tiæ urbem; cuius occupandæ intempe- stivo ardore accensus (non exspectatis Pau- saniae copiis in suppetias adductis) com-

The

Thebanis præcoce pugnā confixit & in-  
terfictus est.

Fuerunt Spartani tam benevoli in Lysan-  
drum, ut, cū inventa esset illa oratio, quā  
susurus erat populo regni ab Heraclidi-  
s auferendi mutationem, Agesilao audaces  
fuerint, permoverintque, ne proferret in  
lucem orationem illam, sed ad parcendum  
nomini viride repb. tam bene meriti, una  
cum auctore sepulchro detoderet. Ex eo  
quoque tum populi gratitudo in Lysan-  
drum, tum Lylandri gloria paupertas  
laudem summam promeretur, quod post  
mortem deprehensum fuerit, rem suam fa-  
miliarem ex ingenti pecunia bellis parto, ex  
tanta potentia, ex tot urbium clientela ne  
obulo quidem locupletiorem reddidisse,  
cumque proci, qui nuptias filiarum ejus  
ambiebant, inopiā ejus post vitæ exitum  
modò erumpente, nuptiis renunciassent,  
Ephori id indignè ferentes multam in-  
dixerunt, quod cum, quem arbitrabantur  
pecuniosum, coluisserint: justum autem &  
probum ex tenuitate compertum repu-  
diassent.

Anno m. 3659. in Peloponeso ad  
Nemeam fluvium à Spartanis contra  
Thebanos eorumque socios acriter  
pugnatum est; victoriam non incruen-  
tam

tam obtinuere Spartani Lacedæmonij; sed vice versâ classe vieti sunt Conone & Phænabazo, illo Græcis navibus, isto Phænicijis præposito: Diodorus ait 50. triremes à Lacedæmoniis amissas esse, *Periarchum* classis præfectum occubuisse, classem reliquam fugâ ad *Cnidum* dilaplam. Agesilaus autem ex Asia revocatus in patriam (Græcis scilicet passim exurgentibus contra Lacedæmonios) vicit Thessalos equestri pugnâ, & ad Coronæum Thebanos: ubi ipse quoque multis vulneribus affectus Delphos delatus est; sed Spartanorum vulnus, navalii pugnâ infictum, hiscè victoriis non sanabatur. Ex eo enim tempore maris imperium amiserunt, & Conon mirâ solertia & felicitate cù Atheniensibus totam oram Laconiam circumvectus, damnis undique Spartanos afflxit, & urbibus ac provinciis exuit, donec à Teribazo Persis ad regem delatus, quod copiis Persicis, Atheniensium ditioni urbes ad-

junge.

jungeret, adeoque regi injurius esset,  
in vincula coniicitur.

Auro apud Teribazum id effecere Lacedæmonij, ut Cononem adeo sibi fatalem, si armis non possent, fraude saltem tollerent è medio; & votis Lacedæmoniorum mors Cononis respondit: nam in vinculis perire vir patriæ amantissimus. Eadem fata Thrasibulo Atheniensium quoque duci fortissimo evenere: his enim ducibus sublatis Spartani regis Persici amicitiam & armorum societatem per Teribazum sese obtenturos confidebant; nec spes fecellit: nam anno 3665. Græcos inter & Persas conciliatos magnâ contentione pax recepta est.

Anno m. 3667. Lacedæmonij iterum bellifiammam excitant, Cadmæam Thebanorum arcem per ducem Phæbidam occupant, miscent omnia, ut imperium Græciæ sibi usurparent; sed paulò post pœnas dederunt ambitionis.

Anno 3676. Thebanos inter & Lacedæmonios gravissimum bellum Bœotium exarsit, cum Thebani arcem Cadmæam, felici stratagemate usi, recuperassent,

Do-

Dominabantur Thebis septem prætors militares, quos Polemarchos vocabant, contra quos septem exules de Tyrannie extinguenda conjurant, qui cæterà inertes, sicas tantum secum sumunt, Thebanumque agrum nocte ingressi, proximodie latuerunt, vesperi more rusticorum tardè redeuntium in urbem ingrediuntur, & eam noctem, diemque proximum se in ædibus **Charonis** continent: interim Phyllidas (qui caput erat coniurationis) Polemarchis festum Veneris celebrantibus, jamque cœnatis & vino incalescentibus, promissarum muliercularum loco, conjuratos muliebri habitu introducit, famulis omnibus alio callide ablegatis. Cumque singuli conjurati apud singulos collocati essent, cum primi assidere jussi sunt, quisque suum Polemarchum sicca confodit, inde carceres adeunt, & specie adducendi rem vinculis constringendum admissi, custodem carceris interficiunt, vincitos solvunt, armis instruunt, eisque se cives, per præconem evocati, & de Tyrannorum cæde admoniti, mox conjungunt, tum reliquos exiles & auxilia Atheniensium ad arcem expugnamandam evocant, obsident, & ditione fada recipiunt. Post hæc acerrimis præliis plus pene attriti conciderunt, aut saltē non procul à casu esse cœperunt.

Anno

Anno m. 3683. ad Leuctra vieti sunt Lacedæmonij, quos superba de se ipsis præsumptio in ruinam conje cit. Thebanis enim suam rem sollicitè cur antibus Cleonbrotus rex cum Spartanis suis poculabatur , nec de pugna deliberavit , nisi post longior em potum: unde Thebanis facile erat de temulentis, improvidis & præ sumptuosis triumphare, præsertim du ce Epaminondâ vigilantissimo & peritissimo.

Nuncius rei tam malè gestæ Lacedæmonios adeo non affixit , ut nequidem ludos interrumperent, quos tunc celebrabant , quin potius, qui suos in bello amiserant , nitidi ac lœti postridie in publico verbantur, quasi ingenti honore affecti, quod suos patriæ saluti consecrâsent: quorum autem cognati superstites fuisse numerati sunt, illi tristi & lugubri vultu obambulabant , rati eos fugâ aut ignaviâ evasisse,

Eodem anno iterum ad Mantinæ am, Thebanos inter & Spartanos pugnatum : ubi Spartani iterum cœsi, sed & Thebani in Epaminonda , stra gem

ÆTAS V. ab anno 3517:  
gem magnam perpeſſi, quando un  
occubuit, qui erat adinitar plurium  
millium.

EPAMINONDA\$ enim modestia & vir-  
tute dux erat nobilissimus, qui omnes Gra-  
cos suffragante Tullio animi dotibus su-  
peravit, in summo imperio cultor paupertatis,  
& simul litterarum scientissimus. De  
morte ejus perhibent historici præcipui,  
eum multis jam telis appetitum, lethale  
vulnus accepisse, hastilique fracto & ferro  
in corpore relictō, acerbitate vulneris sub-  
actum, prolapsum esse, & vivum in castra  
reportatum; cùmque medici accessit aſ-  
rerent, quām primum corpore telum ex-  
tractum effet, mortem certissimè fecutu-  
ram, evocatum ad se armigerum rogasse,  
num clypeus suus salvus sit, quem cū ille  
ostenderet, rursum rogasse, utri vicerint?  
cùmque respondisset, viciſſe Thebanos,  
*jam tempus eſt*, inquit, moriendo, statimque  
ferrum iuſſisse ſibi extrahi; & amicis cum  
lachrymis quærentibus, an liberorum ex-  
pers libenter mori posset? filias ſedua, ait,  
relinquere, ſcilicet victoriam ad Leuctras,  
& ad Mantinæam: atque his diſtiſ, baſiſ  
mucrone educto animam efflavit.

Anno m. 3692. ortum ſuum habuit  
bellum Megapolitanum, quo plu-  
mæ  
ſuis  
nutia  
cum  
cera  
junior  
expedit  
prop  
ab h  
nitu  
plus  
hilo  
nis r  
illuc  
G C  
Dio  
rili f  
gistr  
Ex  
ter e  
ſenta  
tyra  
non n  
mai p  
het

mæ in Asia provinciæ cum Præfectis suis adversus Persam defecerunt, & nutavit cum Ocho crudeli rege Persicum imperium, nisi duces, qui defecerant, variè se prodidissent.

Anno m. 3694. Dionysius dictus junior à *Dione* propinquo suo regno expellitur: rectius dixeris pulsum à propriâ socordiâ & timiditate, quam ab hoste: habebat enim regnum munitum quingentis navibus & militum plus centum millibus instructum, nihilominus die tertiâ ab appulso Dionis regno exuitur, neque *Dio* tamen illud diu retinuit: nam plebis levitate & *Calippi* amici proditione cæsus est. Dionysius autem sceptrum cum puerili ferula mutavit, Corinthi Ludimагistrum agens.

Expertus hic est exemplo suo, quod patet ejus Dionysius Siculus senior docuit assestantorem *Damoclem*: regibus ac præcipue tyrannis, quos subditorum benevolentia non munit, semper formidolosum è filo remi pendente vindicem gladium imminetiam dum convivantur, & ignaviâ tor-

H

pes

pescunt; quanquam ipse senior Dionysius non ferro, sed crapulâ mortuus sit. Exemplum dedit tamen tyrannis semper metuendum esse.

Anno m. 3697. Phocenses Philomelos suasore Delphicum Apollinis datum diripuerent, Agar hoc principatum Athenis obtinente. Sacra pecunia potiti statim totâ Græciâ copias contraxerunt: quos Thebani bello aggressi, decem continuos annos alternante victoriâ divixerunt. Philomelus in fuga, cum se ex arduo saxo præcipitem dedisset, exanimatus est; quod supplicij genus jam antea à judicibus Græciæ in ejus factionem fuerat constitutum. Quibus calamitatibus hoc bello sacro, sic enim appellabant, fuerint provinciæ affectæ, plurimæ solo & quatæ urbes ostenderunt.

Anno m. 3703 Ochus in Phœnices movit, qui pridem defecerant: Sidonem obsedit, & à Mentore Græcorum duce aliquamdiu fortiter propugnatam, sed demum ab eodem proditam occu-

occupavit, in qua Cives desperatâ salute cu[m] liberis & uxoribus, incensa urbe, ad 40. millia flammis absumperunt: inde tota Phœnicia ab Ocho recuperata est.

Anno m. 3716. pugnatum est ad Cheronæum Bœotiae urbem ab Atheniensibus & Thebanis contra Philipum; quâ pugnâ totius Græciæ imperium huic partum, & illis ademptum est. Anceps diu hæsit viatoria sub fortissimis utrimque ducibus: hinc Macedones Philippo & Alexandro, inde Athenienses & Thebanos Lysidâ ducente: diremittandem dubiam viatoriam Alexander, qui accensus studio patri virtutem suam probandi, facto impetu oppositam Bœotiae aciem perrupit, & post multam stragem in fugam verit, nec minus rex ipse Philippus Athenienses è statione depulit. Atheniensibus viatis parcitū à Philip. Thebani autem sævissimè habitu sunt. Et Philippus posthac totius Græciæ imperator ad Persicum bellum desti-

H 2

natus

natus est, sed in medio foruæ cursu concidit, nondum anni unius Imperator, in nuptijs, quas cum Cleopatra, repudiata Olympiade Alexandri matre, celebravit, ut dictum xitate precedente.

Mirum ex qua gente & ex quo Principe tanta Monarchia, ortum traxerit: Macedones enim sordida gens & obscura, vix nomine nota. inquit Bussieres, Illyris & barbaris populis serviens. Ipse Philippus, Eurydice crudelissimam scemina genitus, quæ proprios filios Alexandrum & Perdiccam interfecerat; & Philippus ipse, qui fratum erat natu minimus per triennium obses Thebis apud Epaminondam nullo in pretio. Sed unde calamitas, inde felicitas; quippe sagacissimus juvenis Epaminondæ virtutibus & disciplinis eruditus, in ipsa captivitate Thebis fabricare didicit jugum, quo orbem premeret, & per parricidia matris Macedoniz regnum invenit, & per regnum totius Graeciarum imperium Alexandro suo amplissimam hæreditatem constituit.

*Bella Romanorum celebriora V. mundi aetate.*

**B**ellum Romanorum contra Lat.

nos anno 3559. dictatore Aulo post.  
humo Regillense suscepimus. Eduxe-  
runt Latini 40. peditum & equitum  
tria millit: Romani non nisi 24. millia  
in pugnam armârunt; tantâ autem  
clade affecti sunt Latini, ut ex tanto  
numero vix decem millia reciperent,  
plerisque ducibus occisis.

Dicuntur in hoc prælio duo juvenes hu-  
manâ specie augustiores pro Romanis visu-  
bilibiter pugnasse, quos ipsi Castorem & Pol-  
lucem fuisse opinati sunt: illudente nimi-  
rum per præstigias dæmone, & sibi regnum  
in gente futura orbis domina præparante:

Bellum Volscorum duce *Marcio*  
*Coriolano* contra Romanos an. m. 3567  
urb. cond. 266. ante Ch 486. Accentor  
hujus belli infensissimi erat Coriola-  
nus, qui à tribunis tyrannidis affecta-  
tæ accusatus, à consule autem *Mi-*  
*nucio* fortiter & eleganter, tametsi  
frustra defensus, à tribubus exilij con-  
demnatus est; itaque Româ expulsus  
est vir optimè de Romanis meritus, qui  
mox dispiciens ulciscendi viam, ope  
Antij Tulli excitavit Volscos ad bel-

lum, pollicitus se tantum post hac bni eis allaturum, quantum antea dan ni intulisset, si in amicitiam & societa tem armoram se reciperent. Incepit exinde multa oppida pulsis Romanis, Volscis subiucere, & quaquaversum Romanos infestare.

Quā necessitate coacti Patres quinque Coriolano gratissimos viros elegerunt, qui de pace cum illo agerent: quorum sapientissimam orationem ille mira ingenio, licet refutavit remissisque legatis propriis urbem cum exercitu accessit, a quo Senatus alterā legatione decem praetextissimos viros emitit, qui pacem ea conditione offerrent, si deducunt ex agro Romano & Latino copias eam peteret. At Marcius ē vestigio in urbem legatos rejecit, minatus, nisi confessim viam relegarent, pro exploratoribus habendos esse. Cum autem spei adhuc superesset aliquid flectendi Marcii, missa est tertia legatio sacerdotum, aliarumque sacrarum personarum cum religioso vestium apparatu, sed irato, cū Marcius juberet Romanos impetrare, nec aliter ad se reverti. Statuerunt denique matronæ nobiles desperatum ac quin negotium Veturiæ sorori Publice,

& matri Coriolani committere; itaque cum filiis & matronarum cōmitatu ad hostilia castra profectæ sunt cum Veturia Romanæ oratrices vultu , vestituque lugubri & ad commiserationem composito. Coriolanus ut matrem adesse sensit, magno cum honore ac pietatis sensu eam exceptit : tum secuta est multiplex ac vehemens utrinque postulatio, & negatio. Postremo fuit hæc Veturiæ conclusio, quod si repuleris matrem tuam & inhonoratam dimiseris , quod tibi propterea malum eventurum sit , non possum dicere ; auguror tamen certè nihil prosperè eventurum . & Veturia , sicutam tot testibus contumeliosam repulsam patiatur , non justificabit vel minimum spatiū temporis supervivere , sed in conspectu omnium vestrum me ipsam interficiam , dirasq; & furias tibi pro me vindices atq; ultrices relinquam. Hæc elocuta humi se abjecit , & ambabus manibus Marcij pedes amplexa deosculabatur, simul vim intolerabilem Marcij peccatori inferens: accessit quasi ex composito ingens & longus matronarum ejulatus: Volsi quoque qui assidebant, spectaculi novitatem non terentes, oculos averterunt. Ipse Marcius è sella profiliens correptam seminimem matrem elevavit , eamque complexus exclamavit: *victissi mater , quod nec tibi bene vertet , nec mihi nam patriam qui-*

H 4

dem

ÆTAS V. ab anno 3517.  
dem servâfi, pium verò & indulgentem fi-  
um perdidisti. Nec vanus augur fuit: cùs  
enim copias reduxisset, odium Voischorum  
incurrit, à quibus in cōventu publico, præ-  
fertim à factione Attij Tulli lapidibus obru-  
eus est; quanquam imperatorio cultu orna-  
tum honorifice sepeliverint.

Anno m. 3578. ante Chr. 475. com-  
missa est pugna **Fabiorum** cum Etrus-  
cis ad Cremeram. Fuit hæc familia  
**Fabiorum** clarissima & potentissima  
inter Romanos: hæc ab Etruscis pro-  
vocata propter castrum Cremensē,  
quod **Fabiorum** erat, audacius, quam  
consultius propriis sumptibus adver-  
sus Etruscos bellum instruxit, atque  
congressa est, ita ut in uno conficitu  
sex supra trecentos ejusdem familie  
milites patricij ordinis fortissimi viri  
interierint; quæ quidem clades, ut Li-  
vius scribit, **Fabiorum** familie quali  
exitium fuit: nam unus duntaxat ado-  
lescentulus familie superstes relitus  
est, qui postea belli domique reipu-  
blicæ maximo fuit adjumento, & in  
hoc genus & nomen **Fabiorum** reho-  
rescere cœpit.

An-

Anno m. 3665. urb. cond. 364. ante Chr. 388. Galli à Romanis irritati exde, quam *Fabius* eorum duci intulerat contra jus gentium, Romam imparatam expugnant, incendio & cædibus miscentes & vastantes omnia, nullo discrimine senum juvēnumque interemptorum: & fuisset penitus mortua Roma, nisi spem servāisset in Capitolij arce, quæ Gallorum armis apertis & iteratis insultibus in expugnabilis perstiterat; occultis autem & nocturnis irruptionibus vix non succubuisse, jamque sublustris nocte ad rupem in sublime perreptantes Galli tenebant muros, cùm dormientibus custodibus clangoranserum M. Manlium excitavit, qui cum suis animosè hostes deturbavit. Sic repressi, & viribus insuper Camilli, quas coll. gerat, magna ex parte iterum attriti Galli, retrocedere vias suas coacti sunt, & Roma suis iterum ex cineribus eruta Camillum alterum

H 5 Ro.

178

ÆTAS V. ab an. 3517.

Romulum ac servatorem triumpho  
publico condecoravit.

Arx porro Capitolij servatori suo Man-  
lio paulò post fuit ultima ruina: cùm enim  
populi studio confusis novas res moliri per  
immodicas largitiones compertus esset,  
datus est in vincula consulam & dictato-  
rum jussu, à quibus per plebem eruptus,  
cùm seditionem concitaret, captus iterum  
de saxo Tarpejo dejectus interit.

Anno 3675. contra Prænestinos di-  
ctator creatus *Quintius Cincinnatus* vi-  
victores vicit, & urbes amissas rece-  
pit, ipsumque Prænestine expugnavit,  
*Cincinnatus* autem die post vicepsimo,  
quam dictaturā ceperat, depositus ad  
agrum suum reversurus; tantò diutius  
dignus honore, quo citius renunciavit.

Anno 3603. Romani à C. Pontio  
Samnite sub jugum missi sunt; sed an-  
no sequenti eluta est ignominia per  
Papyriū ingenti victoriā quā Samnites  
iterum oppressere jugumq; excussere.

*Bellis & bellicis gestis clari-  
ficati sunt hæc arata.*

**M**UTIUS CORDUS cognomine  
scæ.

SCÆVOLA cum Porfense Hetrus-  
corum regi morte illatâ statuisset  
bello finem imponere, in castra Etru-  
scorum dissimulanter ingressus in  
prætorium subiit: vidensq; ibi homi-  
nem corporis proceritate & robore  
insignem, quem Regem putabat esse,  
circumstante magno armatorum nu-  
mero (erat enim scriba regius, qui  
tunc stipendia solvebat milibus)  
stricto ferro interficit; compre-  
hensus & ad regem deductus fa-  
tetur, se ejus interficiendi causa venis-  
se; cumque rex ei ignes minitarerur,  
ut proderet conscos & conjuratos,  
ille dexteram in foculum, qui ad sacri-  
ficium accensus erat, injicit, & tam-  
diu ardere permittit, donec rex atto-  
nitus rei miraculo, jussit ab igne amo-  
veri Mutium, & in præmium tantæ  
fortitudinis liberum dimisit.

HORATIUS COICLES sic dictus,  
quod in pugna oculum unum amisis-  
set, tantæ erat virtutis, ut ante pon-  
tem consistens totum exercitum solus

H 6

susti.

180      *ÆTAS V. ab an. 3317.*  
sustineret, usque dum pons à tergo  
dejectus transitum hostibus negaret;  
tunc enim ipse in amnem sese, ut erat  
armatus dejecit, & salvis armis ad su-  
os enatavit.

CLÆLIA virgo Romana & aliquot  
virgines regi Porsenæ à Romanis obli-  
des datæ obtentæ à custodibus licen-  
tiâ, sese lavandi influmine, generoso  
ausu inter tela ruentia natatu fumen-  
superârunt, & ad Romanos incola-  
mes redierunt; cùm verò id privato  
consilio factum à virginibus esset, &  
fidei datæ repugnare, atque virtuti  
Romanæ gentis maculam inspergere  
visum esset, reductæ sunt in castra  
Etruscorum, à Porsena tamen cum lau-  
dibus & benevolè acceptæ, atque li-  
bertati cum omnibus alijs captivis ob-  
præclarum facinus restitutæ sunt.  
Clælia etiam, quâ suadente facinus  
ausæ sunt, generoso equo bellator  
insignibus phaleris ornato à Porsen-  
donata est.

MIL

MILTIADES DUX Atheniensium victorijs clarissimus mortuus est anno 3563. ex vulnere femoris, quod accepit, cum maceriam, quā templum Cereris se piebatur, horrore p̄occupatus transiliret. Scribunt alii invi- diā populi ingratitudinatum, in vinculis obiisse, mulieram verò 30. talen- torum filium ejus *Cimonem* solvisse.

CIMON filius Miltiades à virtute patris haud degener partus, de quo jam suprà \*THEMISTOCLES \* ARISTIDES dicitus *Themis corporata* Atheniensium \* ARTEMISIA fœmina fortissima, quæ pro Xerxe strenue militavit, Mausolæi structurā celeb̄ata \* FABIJ Romani \* PAPYRIUS Romanus \* QUINTUS CINCINNATUS dicitus *agricola triumphalis* \* PERICLES Atheniensis \* ALCIBIADES Atheniensis \* NICAS Atheniensis \* DEMOSTHENES Atheniensis \* LYSANDER dux Lacedæmoniorum \* TIMELEON imperator Corinthiorum \* XENOPHON dux Græ.

Græcorum, utramque simul Miner-  
vam complexus, apis Attica fundens  
mel facundè perorando & aculeum  
fortiter pugnando. \*

DERCYLLIDAS Spartanus. \*  
AGESILAUS rex Spartanorum  
victoriarum femente foecundissimus \*  
TISSAPHERNES Artaxerxis Mne-  
monis gener \* FURIUS CAMIL-  
LUS Romanus Vejorum expugnator  
\* CONON Atheniensis \* Chabrias \*  
ATTALCIDES Spartanus \* MAN-  
LIUS *Capitolinus* Romanus \* TIMO-  
THEUS Atheniensis Chyronides  
Gelon siculus Diomedis filius \* Dux,  
cujus in dormientis siuum fortuna  
urbes congerere dicta est \* IPHI-  
CRATES Atheniensis arte & peritiâ  
militari inclytus \* MANLIUS, qui  
Gallum provocantem duello vicit, &  
à rapto torque aureo *Torquatus* nomen  
sibi & omnibus ex familia peperit \*  
VALERIUS CORVINUS nomen  
adeptus, quod Gallum provocantem  
ad duellum, spectante gemino ext.

ctu

citu Gallorum ac Romanorum, corvi  
advolantis indicio fortiter postrave-  
rit; plurimis clarus triumphis & sexies  
ad consulatum evetus, raro felicitatis  
humanæ exemplo \* DECIUS saluti  
patriæ suam postponens in consu-  
latu suo hostia factus victoriæ, quam  
Romani contra Latinos obtinuerunt.  
Catalogus fortissimorum Heroum  
Alexandri refertur in divisione impe-  
rij Alexandri Magni post ejus obi-  
tum &c.

*... 900 900 900 900 900 900 900 900 900 900 900*

### **S. XI. Memorabilia mis- cellanea.**

**C**AMBYSES ut adversus *Amasis*  
*Ægypti regem exercitum edu-*  
*ceret per deserta arida , in quibus*  
*Israëlitæ quondam peregrinati sunt,*  
*cum haætèn id non potuisset ob*  
*aquaæ in arenibus locis penuriam, fœ-*  
*dus iniit cum Arabum rege, qui multa*  
*camelorum millia utribus camelinis*  
*aquaæ*

ÆTAS V. ab an. 3517:  
aquâ completis oneravit, & in deserti  
Cambysis exercitum præstolari jussi  
idque non tam ex necessitate, quam  
magnificentia. Præterea ex magno  
flumine, quod Arabiam fecat, &  
*Corys* appellatur, ac in mare rubrum  
se effundit, rex Arabum canales  
ex bovinis alijsque crudis corijs con-  
futus tantâ longitudine produxit, ut  
ad loca arida usque pertingerent, co-  
piosamque aquam transfundenter in-  
que ipso deserto arido ingentes cisternas  
fodit, quæ aquâ receptâ poum  
suppeditarent. Cùm ergo flumen à  
terra arida duodecim dierum itinere  
distet, per tres aquæ ductus in tota  
dem partes aquam tanto & propè in-  
credibili intervallo propagavit: quo  
consilio Arabum auxilioque adi-  
Persæ in Ægyptum cum Cambys  
penetrârunt anno m. 3526.

Consilij hujus auctor primus erat Phan  
Ægyptius quidam & eunuchus apud An-  
sim regem, qui ob offensam aliquam re-  
in vincula conjectus, & ex ijs, custodia  
pol-

post laziorem potum interfectis, ad Cambys  
transfugit, & tum sedes cum Arabibus  
ineundum, tum ex Arabia desertum ari-  
dum adaquandi rationem, quanquam diffi-  
cillimam, tactu tamen non impossibilem  
sugessit: unde illud præmis tulusit, ut fieret  
crudelissimæ tragediæ spectator. Cum  
enim Persarum exercitus ab Ægyptijs non  
longè subfideret, tanquam jam congressuri  
Graeci & Cares auxiliarij Ægyptiorum fi-  
los Phani, quos ille fugitivus in Ægypto  
reliquerat, ex castris in medium inter am-  
bos exercitus producunt in patris Phani  
conspectum, & posito Cratere magno sin-  
gulos pueros barbarâ carnificinâ sectos &  
laniatos trucidant, simulque vinum &  
aquam & puerorum sanguinem in craterem  
commiscentes, ex eodem in orbem potant,  
quo sumpto veluti mulso mirifice confor-  
tante, acerrimè conflitum est innumeris  
utrinque cadentibus. In fugam tandem  
versi Ægyptij cruentam palmam Peris  
reliquerunt.

Anno m. 3559. ante Chr. quoniam  
senatus Romanus videbat imminente  
contra Latinos bello ex affinitatibus  
matrimonio contractis, Latinos inter  
& Romanos multas turbas ortum iri,  
edidit senatus consultum, ut si que  
lati-

Latinæ mulieres viris Romanis nuptæ essent, aut Romanæ Latinis, penes ipsas esset; vellent nè apud conjuges remanere, an patrias repetere; è liberis mares apud patres suos manerent, fœminæ autem innuptæ cum suis matribus proficiscentur. Quæ acceptâ ex senatûs consulo licentia satis indicârunt mulieres, quæ anto urbis Romanæ, tum etiam virorum suorum desiderio tenerentur: namque ex Latinis Romæ nuptis supra mille, ducentantum repertæ sunt, quæ relictis maritis in patriam suam reverti prætulerunt: econtra quæ Romanæ in latinis oppidis nuptæ fuerunt, illæ pene omnes relictis maritis ad parentes suos Romam reversæ sunt.

Quæ culpa in hac dissolutione matrimoniorum contra jus naturæ commissa est absque dubio magnâ ex parte senatui importanda fuit, qui auctor erat juris naturali divini violandi; dixit enim Dominus de legi naturæ agens: quod Deus conjuxit, homo non separet; quia ejusmodi dissolutio in grave damnum prolis redundat; potest hinc

bilominus aliquo modo per ignorantiam factum hoc excusat, quia perpetuus con-jugum nexus non est de primis naturæ prin-cipiis & per se notis, sed de secundarijs, in quibus ratiocinatio, opinio, & ignorantia locum habet, præsertim cùm prolium edu-cacio parentum perpetuam vitæ societa-tem necessariò non requirat.

Anno m. 3592. ante Chr. 461. Ar-taxerxis Longimani tertius memorabi-lis est magno convivio, quod Artaxerxes sive Assuerus Susis celebravit: non solùm ad regiam magnificentiam ostentandam, sed etiam ad animos subditorum conciliandos, de quo scriptura copiose refert. Duravit hoc convivium, quod Principibus & pri-mariis viris exhibitum est, sex mensi-bus, id est, 180. diebus: alijs scilicet præfectis & satrapis venientibus & aliis adfunctiones suas abeuntibus; ultimâ autem hebdomadâ mensis sexti universum populum regiæ civi-tatis magnificentia regia complexa est, à minimo usque ad maximum. De sumptuosissimo apparatu, ornatu &

luxu

luxu illad universum dictum sit, quo proverbio dici solet de Persicis apparatus & mensis Medicis, fuisse *convivium Persicum* in fioitis propè voluptatum illecebris constructum: & quod de convivio regis refert scriptura, idem intelligendum esse de convivio reginæ: neq; enim minor est cura magnificantæ in mulieribus; quod tamen non in propatulo, sed in palatio celebratum est.

Consuetudo enim Persicarum sceminarum erat à viris non videri, nisi suis tantum. Et ideo quia Regina convivium suum habuit seorsim, mirum non fuit reginam Valtoriam convivio virorum comparere noluiss. Mos erat Persis, inquit Diodorus sicutus, ut qui pellicem regi adduceret, in curru undeque obtesto eam veheret, neque in via occurrentium quisque scrutari quod veheretur, aut contemplari audebat, qua commoditate aliquando usus Themistocles, insciis omnibus, ad regem pervenit.

Septuaginta hebdomades ante adventum & mortem Messiae à Daniel propheta prædictæ exordium

it, quod  
is appa-  
e convi-  
olupta.  
x quod  
criptura,  
n vivio  
ra ma-  
d ta-  
palatio  
minarum  
rūm. Et  
n habuit  
Vahīā  
fīsse. Mo-  
lus, ut  
eru undi-  
n via oc-  
Ivehēre-  
qua com-  
cles, in-  
es ante  
ā Danie-  
ium su-  
um

um sumpserunt anno m. 3809. ante  
Chr. 444. Artaxerxis Longimani 20.  
solutæ captivitatis 93. olymp. LXXXIII  
an. 4. utb. cond. 308.

Chm enim Daniel, vel potius Angelus  
Gabriel, apertè ordiatur *ab exitu sermonis*,  
ut iterum ædificetur Jerusalem, hic exitus  
sermonis de alio loquente nequit intelligi,  
quam de eo, qui eam ædificationem pote-  
rat vel permittere, vel impedire, de alicu-  
jus scilicet Principis decreto, cui Judæi eo  
tempore parerent; nisi ergo, qui contrà  
sentient, alium Principem, quam Artaxer-  
xem ostenderint, cuius decreto & sermone  
muri templi & urbis ædificati sunt, aliud  
tempus non assignabunt pro exordio heb-  
domadarum. Cyrus tametsi potestatem  
fecerit templum restaurandi, nihil tamen  
meminit de reædificandis; ergo ab illiusser-  
monis five decreti exitu non potest sumi  
initium hebdomadarum, & si inde sumere-  
tur, à dimissa scilicet captivitate Babylo-  
nica, septuaginta hebdomadæ non com-  
pleteantur annos 490. sed reperientur 570.  
anni, qui numerus æque parum convenit  
aliis regibus, ut computanti patebit. Ne-  
cessitatem igitur est, ut ad decretum Artaxerxis  
verba illa Prophetiae referantur *ab exitu*  
*sermonis hujus &c.*

Necef.

190 *AETAS V. ab anno 3571*

Necessariò autem (secundum hanc computationem probabiliorem præ cæteris) supponere oportebit, per annos septem cuiuslibet hebdomadis intelligendos esse annos non solares, sed lunares, quales communes & ordinarij Hebraeorum anni erant: complectebantur duodecim meatus sive dies 354. solares autem complectuntur dies 365 cum quadrante, quorum 478, æquivalent 490. lunaribus. Quod ipsum haud obscure indicavit Angelus, quando vocavit hebdomadas abbreviatas, sive concisas, ut habent LXX. utpote singulis eorum undecim diebus decurtatas.

*ARTEMISIA anno m. 3675. ante Chr. 378. Mansolo marito suo & Caria regulo defuncto monumentum erexit Mansoleum dictum, quod propter operis nobilitatem in septem miraculis mundi locum invenit; in circuitu suo complectebatur quadringentos & undecim pedes, in altitudinem cubitum 24. efferebatur, cingebatur columnis triginta sex: ab occidente cœlavit Scopas, à septentrione Bryaxis, à media Timorensis, ab occatu Leocharus: factum è marmore opus totum erat con-*

*ylli.*

vestitum, præferens in marmore cæ-  
laturas artificiosissimas. Neque hoc  
Mausolæo contenta fuit Artemisia, sed  
aliud quoque specimen sui amoris  
conjugalis edidit: cineres *Mausoli*  
vinodiluto sensim ehibit, ne is un-  
quam vivus aut mortuus à charissima  
sibi conjuge divelleretur.

In pugna *Eumenis* contra *Antigo-*  
*num*, quæ facta est anno m. 3738. con-  
tigit, ut inter alios quoque occumbe-  
ret ex militibus Eumenis quidam na-  
tione Indus, duarum uxorum nari-  
tus, cumque pro more gentis fune-  
ralibus flammis occisi cadaver expi-  
andum esset, ingens uxorum conten-  
tio exorta est, utra earum impetraret,  
ut cum marito mortuo viva combure-  
retur. Junior magno cum gudio insa-  
nam victoriam adepta: rivalis autem  
quæ uterum ferebat, vivere coacta  
est; ob quam rem ita afflita fuit, ut  
paulò post ipsa quoque mœroribus  
confecta interiret.

Maximis incrementis & ornamen-  
tis

192      AETAS V. ab anno 351.  
tis Roma clarescere cœpit a. m. 374: sub censura Appij Claudi, hic enim & viam, quæ vocata est deinceps Appia, munivit, & lapidibus stravit ab urbe usque ad Algidum permille & amplius stadia: aquam etiam fluminis Antenæ in urbem deduxit per so. stadia, ut urbs im posterum non ex Tiberine cesse haberet aquam haurire, sed per novem aquæ ductus copiosa postea in urbem influeret.

Temporibus Ptolomæi Evergetis visa est Phœnix avis volare in Heliopolim urbem magno multarum volucrum comitatu, faciem peregrinam Phœnicis per sequentium.

Reditus populi Israëlitici ex captivitate Babylonica, isque triplex (quem admodum etiam fuerunt tres captivitatis) Primus duce Zorababele anno m. 3517. Secundus Duce Esdrā anno m. 3596. qui secum partem magnam populi ac Sacerdotum adduxit in Ierusalem, aurum quoque & argentum Deo consecratum, & vasa Sacerdoti

tum curæ commissa Jerosolymam  
transtulit. Tertius reditus fuit duce  
*Nebemia* sub Artaxerxe an. m. 3609.  
causa fuit triplicis redditus, quod po-  
pulus difficulter avelleretur à Baby-  
loniis, quibus jam erat assuefactus, &  
ex magna etiam parte depravatus, ut  
patet ex matrimonij initis cum gen-  
tibus.

Genebrardus ad tempora Cyri re-  
fert cultum & venerationem singula-  
rem oraculorum in Græcia & Africa,  
cujusmodi erant *Dodoneum, Delphi-*  
*cum, Hammonium, Amphiaraï*; quæ  
celeberrima fuerunt ob responsa mul-  
tifariè redditæ & sæpe futuris even-  
tibus consentanea. Sed de his respon-  
sis Diabolicis illud Christiano con-  
stare debet, fuisse illa plerumque du-  
bia, aut à prophetis veri Dei sumpta,  
qui multò ante gentium & populo-  
rum varios casus & vices prænuncia-  
verant: uti Assyriorum *Esaias*, Baby-  
loniorum *Jeremias*, Macedonum *Da-*  
*mil*, Romanorum *Balaam* Num. 24. &

I

*Da-*

Daniel sæpius de Cyro, de Alexandro &c. atque sic facile erat Dæmonibus ingenio & scientiâ potentibus jam dicta dicere, demere, addere, vel alia linguâ interpretari.

Ad tempora Artaxerxis Longimanus refert Strabo lib. 4. græcas litteras ita viguisse Massiliæ in Gallia, ut Galli harum litterarum studio singulari affecti, jam paœta & conventa græce scriberent.

Carthaginenses circa tempora Artaxerxis Mnemonis, cum regnum eorum floret, oceanum Atlanticum dimensi sunt, terrasque aperuerunt omni ex parte amoenissimas Americam & Brasiliam; quare cum plurimi desiderio tam fortunatarum regionum ille eti eò navigarent, pertæfici licet patriam suam ob bella & bellorum asperitatem: poenâ capitum castum est, ne quis deinceps in eas terras ex Africa se transferret. Defigitur illa navigatio, ne Africa habitoribus exauriretur; sed renovata

dem  
fitan  
Afro  
Gene  
mira  
S. L.  
M  
13. à  
runt  
talio  
omn  
gnur  
ra, in  
rene  
rant,  
fan v  
(id e  
gutah  
Salia.  
Illi  
omnia  
tota fa  
famuli  
cju er

demum est ultimis temporibus à Lusitanis & Castiliis, & antiquissima Afrorum colonia iterum reperta. Ita Genes. & Aristoteles in lib. de auditu mirabilibus.

## §. XII. Eventus tragicus

### Signa.

Memorabilis est Hebreis annus m.  
3602, ante Chr. 451. Artaxerxis  
13. à cæde, quam ipsi impunè intule-  
runt inimicis suis, & à sumptu pœnâ  
talionis ab iis conjuratis, qui judæos  
omnes neci destinârant per totum re-  
gnum. Percusserunt, inquit scriptu-  
ra, inimicos suos plagâ magnâ, & occidé-  
rent eos reddentes eis, quod sibi parave-  
rant facere, in tantum, ut etiam in Su-  
san viros quingentos interficerent extra  
(id est præter) decem filios Aman Aga-  
qua hostis Judeorum; de hac cæde ita  
Salianus.

Ilo ipso die, quo suspensus est Aman, &  
omnia ejus bona fisco regio addicta, etiam  
tota familia, uxor, concubinæ, filij filiæq;  
famuli & ancillæ, & si qui alii domestici  
erant, in vincula coniecti sunt, è tota  
verò

verò illa turba decem reservati sunt, quae erant præcipui Amani filii, ut essent primitiae eorum, qui Iesus duodecimo mense, **Adar** scilicet, interficiendi erant: reliqua verò familia & cognatio cum patrefamilias in ejus ædibus crucis supplicium per-tulit; & corpora cum crucibus mox ante urbis portam translata sunt. Die autem cædibus destinatâ, initium cædendi Iesu sumptum est à decem filiis Aman, qui reliqui erant, & ab iis ad quingentos usque in eadem urbe cædes progressa sunt die decimâ tertiâ mensis **Adar**: die posterâ, quæ huit decima quarta (iterum Esterre id rogante apud regem) imperfecti sunt in Sulan alii trecenti viri, & sic per omnes provincias, quæ regis ditioni subiacebant. Stererunt pro animabus suis Judæi, imperfecti hostibus ac persecutoribus suis, in tantum, ut septuaginta quinque millia occisorum numerarentur.

Addit scriptura, cùm Judæi occidissent eos, prædas de substantiis eorum tangere noluerunt: abstinuerunt nimis Judæi bonis occisorum, licet rex permisisset nominatum, ut spolia eorum diriperent, ardore avaritiae potius, quam zelo iustitia moti ad lanienam istam viderentur. Cadem hanc & ultionem Mardochæus conscripsit, & omnia, quæ evenerunt, litteris

com  
nib  
posi  
succ  
chæ  
E  
man  
tia a  
um i  
sticc  
suffi  
plur  
hum  
re ,  
con  
vines  
ut V  
bus,

A  
est P  
prun  
long  
tis po  
Si  
1580

sunt, quā  
sunt pri-  
o mense,  
: reliqua  
atrefami-  
tum per-  
nox ante  
item ex-  
affsum-  
reliqui  
e in ea-  
decimā  
que fuit  
ad regan-  
in Julian  
es provin-  
ant. Ste-  
interfictis  
n tantum  
occisorum  
occidissent  
m tangen-  
m Judæi  
permisisti  
aperent, ut  
elo justitia  
itur. Ce-  
hæus con-  
unt, littera  
com

comprehensa misit ad Judæos, qui in om-  
nibus provinciis morabantur tam in vicino  
positis, quā procul: unde perspicuum est  
auctorem libri Esther esse ipsum Mardo-  
chæum.

Eodem anno tam sæva pestis Ro-  
mam depopulata est, ut omnia servi-  
tia absunta, & civium ferè dimidi-  
um interierit: nec medicis, nec dome-  
sticorum, atque amicorum ministeriis  
sufficientibus. Amplificata autem  
plurimū pestis est, corrupto ex in-  
humatis & projectis cadaveribus aë-  
re, & per rusticos ac quadrupedes  
contagio communicata. Refert Li-  
vius adeò exhaustam fuisse Romam,  
ut Volscis ad mœnia urbis pabulanti-  
bus, homo non occurreret.

Anno m. 3870. Romæ viva defossa  
est *Pompilia Vestalis*, & qui ei stu-  
prum intulerant, necati verberibus,  
longas & aceras breviculæ volupta-  
tis poenas dederunt.

Simili suppicio affecta est an. m.  
3880, *Valeria Vestalis* corrupta, ama-

198      **ÆTAS V.** ab anno 3517.

his ejus inter verbera necatis; cùm  
grassata Romæ pestis post sumptum  
Supplicium cessaret, creditum fuit à  
Romanis pestilentiam, propter hoc  
commisum Valerix Scelus tanquam  
Supplicium à Diis immissam fuisse.

Anno m. 3656. prodigia multa Ro-  
mæ contigerunt; inter quæ memo-  
rabilius illud, lacum Albanum supra  
modum sine causa intumuisse, ex quo  
Veios urbem mox capiendam esse  
aruspex denanciavit. Missi quoque  
Legati ad Apollinem Delphicum, qui  
eum de portentis interrogarent, qui-  
bus Roma paulò post à Gallis even-  
tenda terrebatur; ita respondit Apol-  
lo obscurè, ut quasi nihil locutus effi-  
videretur,

Anno m. 3680. ingentes terræ mo-  
tus Græciam conculserunt, quando  
etiam duæ urbes in Achaja, Bura, &  
Helice his motibus labefactatae; in-  
super inundatione maris ita obnubil-  
lunt, ut altissimæ locorum illorum

arbores vix ex aquis supereminenter,  
cives omnes fluctibus hausti, credi-  
tumque malum illud immissum esse  
propter supplices vi abstractos è tem-  
plo, atque trucidatos. Contigit eti-  
am tum temporis hoc memorabile,  
quod diebus quinque, priusquam He-  
lice concideret, ex ea mures visi sint  
catervatim migrare; quod etiam in  
omnibus domibus mox ruinâ colla-  
pluris contingere Physiologi affir-  
mant, si tamen illis fides habenda sit.

Romæ Anno m. 3692. cùm forum  
magno specu in summam altitudi-  
nem, terrâ dehiscente, apertum esset,  
monuere Dij, ut ruina illâ re occlu-  
deretur, quâ Romani plurimûm pos-  
sent; itaque *M. Curtius* egregius bel-  
lo juvenis negans quicquam esse apud  
Romanos bellicâ virtute potentius,  
armatus subiectis equo calcaribus in  
hanc rimam irruit, atque uno corpore  
totius Romæ labem & ruinam miles  
generosus impedivisse creditus est;  
& lacus ex ejus nomine postea *Cur-*  
*tius* est appellatus. Eo-

Eodem anno, *Manlio* (dictatoris officio jam jam defuncto) dies à *M. Pomponio* tribuno plebis dicta est ob acerbitatem, quā erga cives in militari delectu fuerat usus, aliis cædendis, & aliis in vincula coniiciendis; ob morum etiam asperitatem, quā in proprium filium sæviit, quem ruri detinebat, velut opilionem; & non uero Romanum adolescentem tractavit, idque tantum propter aliquam linguæ & mentis tarditatem. Quid cùm filius audiisset, insciis omnibus, sicā succinētus domum Pomponij adit, & remotis arbitris ferrocineo tento jurare compellit, quod patris sui accusandi causā concilium nūquam habiturus esset; se alioquin ut templō eum transfixurum minaretur. Exterritus tribunus se solum inertus conspiciens, in ea, quæ *Manlius* citat verba, adactus jurat: quod sum postea plebi patefecit, hanc subactum inceptā accusationē defere.

dictatori  
ties à M.  
cta est ob  
es in mili-  
is cæden-  
ijciens;  
m, quā in  
a ruri de-  
& non ue-  
tractavit,  
iquam lin-  
o. Quid  
is onus  
Pomponi  
ferroque in-  
quod patr  
filium suo  
alioquin ex  
am minatu  
am inerme  
Mantua  
at: quod  
it, hæc  
tatione  
Ex hoc facinore dubij hinc & contrarij mox  
motus animorū inter Romanos exorti: alij,  
qui factum hoc ad rectæ rationis normam  
accuratiū examinabant, reum unā cum pa-  
tre filium postulabant, quod hic ausus esset  
in tribunum ( cuius per Romanas leges  
persona erat sacrosancta, & violatio capi-  
talis ) ea facere, quæ nulli privato magi-  
strati intentare licuisset: quem neque pie-  
tas aut paternus amor, aut ulla omnino  
virtus ( quæ nibil temere, nihil inconsulto  
agit ) sed potius audacia quædam impu-  
dens, & violenta temeritas in tantum fa-  
cinus abripuiisset; neque si honestum fuerit,  
filium patris in se exercitam acerbatem  
patienter ferre, ideo eidem licitum fuisse  
ea acerbitate, se contra legitimum magi-  
stratum, judicem, atque ultorem consti-  
tuere; neque etiam tribunum ejusmodi  
jureiurando obligari ab accusatione desi-  
stere, sed jure posse ac debere ex uno reo  
geminum facere, filium cum patre; quod  
hic latronum more ad injustum & indebi-  
tum iusurandum magistratum vi adhibitā  
compulisset. Alij econtra mitiora omnia  
sentientes, non solum patientiam adoles-  
centis in toleranda patris acerbitate, sed  
etiam pietatem in eundem exhibitam, &  
animi foritudinem in tribuno adigendo  
virum in modum deprædicabant, sed in-  
super

super præmio & honore afficiendum eſ adolescentem, qui talia ausus eſſet, vocerabantur: &c in tantum hæc minor vox plebis præcipuè acclamantis, prævaluuit, ut nec ipſe (cui vis eſſet illata) tribunum factum improbaret, & patri ſimil & filio cauſæ dictio remiſſa eſſet, imò adolescentem novo tribuni militaris honore condecoraretur.

Anno m. 3534. cùm Zopyn cum Darij exercitu Babylonem obledidit, jamque vigesimus menſis ageretur, quo circumvallati erant: tum Zopyn *Megalysi* filio hoc portentum congit, ut quædam mularum eius, que frumentum adveſtabat, parebat, quod partu portentoso conſpecto, Zopyn vettuit, ne quisquam ſervorum id manifestaret, recordatus verborum, quæ Babylonius quidam jaſtabundus dixerat: postquam mula pareret, fori muri, à Persis expugnarentur; diviſionem omnino & illum locutum, & ſuam mulam eſſe enixam credidit. Itaq; ſuus filio miro ſecum ipſo concluſit, ſtrigemate, cùm armis apertis fieri pos-

17. usq; ad an. mundi 3743: 203  
ciendum est  
s eslet, voc  
e mitior vox,  
, prevaluit  
a ) tribunus  
simul & filio  
o adolescentis  
e condeco  
  
pyra cluz  
oblaudat,  
s agerat,  
tum Zopyr  
ntum com  
o ejus, que  
parere, qua  
do, Zopyr  
rum id ma  
borum, que  
bundus de  
erit, forni  
er; divid  
um, & fia  
Itagi; co  
lufit, stra  
is fierion  
pol

posset, Babylonem occupare; id factū  
felici successu per Zopyri voluntariam  
mutilationem, & simulatum transfu  
gium, ut suprà dictum.

Regnante Artaxerxe Longimano,  
primā vice Ætna incepit ignes &  
mixto cinere lapides evomere & re  
gionem vicinam obruere.

Eodem fere tempore, anno scilicet  
3587. lapis ingens de cœlo in Ægo  
spotatum magno naturæ miraculo  
decidit.

Romæ anno m. 3723. sœvum ve  
nieficium plurimos sustulit, atque in  
ter alios utrumque etiam confulem.  
Tantim ali causæ extiterunt matronæ  
quædam per ancillam proditæ & de  
prehensæ, cùm venenata medicamen  
ta coquerent: quæ cùm salutaria esse  
affirmarent, eadem ebibere jussæ ex  
templō interière. Deinde compre  
hensæ quoque earum sociæ & con  
fortes sceleris, magnum numerum  
matronarum indicaverunt, ex quibus  
170, vedeficij damnatae poenas dede  
runt,

204 *ÆTAS V. ab an. 3517.*

runt, quas inter à Livio duæ patriciæ,  
*Cornelia ac Sergia* nominantur, Me-  
minit hujus historiæ D. Augst. lib. 3,  
de civitate cap. 7. & ait, supra fidem  
multas ac nobiles matronas compli-  
ces deprehensas esse.


Anno m. 3727. *Spitamenes* ab Ale-  
xandro Magno inter Dabas sive Scy-  
thas ad necem quæsitus, à proprii  
uxore, quam fugæ suæ comitem le-  
cum trahere solebat, inter dormien-  
dum capite truncatus est: quæ cum  
in vicina Macedonum castra Alexa-  
andro caput rescissum obtulisset, is ta-  
metsi viso eo multùm luctaretur un-  
quam de hoste occiso, qui multas  
moras iniucere adhuc potuisset pro-  
gressibus suis victoriosis; impium ta-  
men facinus aversatus est, eique de-  
nunciari jussit, ut castris excederet, p.  
barbaræ licentia exemplar in Gra-  
rum mores transferret.

Anno m. 3704. *Artaxerxes* Olo-  
post transactum in Ægypto mil-  
lum bellum plurimos Judæos

transmigrare compulit, & in *Hircania* trans Caspium mare conclusit, quos hodiernum in diem amplissimis gentes sui incrementis consistere, atque exinde aliquando erupturos esse opinionem multorum Rabbinorum, aliorumque Judæorum est.

Anno m. 3728. fuit in exercitu Alexandri Magni Indus quidam *Calanus* dictus, qui cum ægrotare cœpisset, quod huic nunquam antea contingat, coronatus floribus ac splendide vestitus more patrio in ignes influit, seq; vivum combussit: plus ideo

laudatus à Græcis, quam voluntarium hoc parricidium merebatur.



## SEX.

206      ÆTAS VI. ab anno 3743.



## SEXTA MUNDI

### ÆTAS.

Continens annos & gesta ab anno  
conditi orbis 3743 ante Christi 310.  
Olymp. CXVII. an 2. urb. cond. 442. Iu-  
perii Græcorum primo usque ad an. m.  
4052. JESU Christi Registrum  
in terris nati,

§. *Primi progenitores Chri-  
sti, qui vixerunt sextamundi  
atate.*

**A**CHIM natus anno mundi 3743.  
ex patre Sadoc ante Chr. 397.  
ELIUD filius Achim natus an-  
m. 3806. ante Chr. 247.

ELEAZAR filius Eliud 3858. an-  
Chr. 195. Eleazar iste genuit *Mah-  
nem & Pantherem*: ex Mathane Iosepho  
paternam & B. V. Maria maternam  
traxit propaginem: ex Panthere au-  
B. V. genus duxit paternum.

MATHAN filius Eleazari natus an.

m. 3909. ante Chr. 144.

JACOB filius Mathan natus an. m.  
3962. ante Chr. 91.

JOSEPH filius Jacobi natus an. m.  
4015. ante Chr. 38. desponsatus Bea-  
tissimæ Mariæ Virgini circa annum  
zatis 37.

Hujus ætatis tunc Josephum fuisse pleriq;  
¶ Patres existimant, contra opinionem S. Epiphani, qui eum octogenariū fuisse scribit,  
quando virginis sponsatus est. Rationes  
adferunt Toletus. 1. quia si adeò senex fuisse,  
Beatissimæ Virginis famæ apud homines  
minime consultum fuisse: si illam ex tam  
proiecto sene concepisse diceretur, haud  
facile id omnes credidissent, & judæi id  
ipsum calumniati essent. neque eum pro-  
fessore Davidis agnivissent. 2. non com-  
mendasset hoc continentiam Josephi,  
quemadmodum nunc singulariter commen-  
dat, quod ætate tam vegeta & virili virgo-  
nitatem constantem & illibatam in ipso  
conjugio servaverit: ait enim S. Basilus  
orat. 8. de temperantia: *temperantia, qua-*  
*si in senectute, non tam temperantia est, quam*  
*quamdam incontinentia & libidinis imbecilli-*  
*ta, sed tam proiecta ætas incepta fuisse*  
mini-

ministerijs , ad quæ præstanta Deipare  
Christo Josephus à Deo electus . & Virgin  
per conjugium in adjutorium datus est , ut  
laboribus suis familiam aleret , Virginem  
custodiret , peregrinè in Ægyptum duceret ,  
convenientius ergo ea ætas assignatur , quæ  
nec juvenem nimis , neque senem , sed vi  
rum maturum , & matrimonio rei que do  
mesticæ maximè idoneum constituerit .

Hæc genealogia prout à S. Matthæo  
descripta est , non tantum Josephi , sed eti  
am R. V. Mariæ est , in qua recententur  
majores & Abavi , utrinque ab Abraham  
usque ad Mathanem ita , ut Maria & Joseph  
habuerint eundem avum Mathanem , &  
eandem aviam Mariam , quondam ex tribu  
Juda uxorem Mathanis . Mathan autem  
& Maria genuerunt has proles , Mariam ,  
Soben , Jacobum , Annam . Jacobus genuit  
Cleopham sive Alpheum & Josephum , vi  
rum Mariæ , Anna autem Nathani , qui  
nupsit Heli , id est , Joachimo , genuit Ma  
riam , ex qua natus est Iesus . Itaque Iose  
phus fuit fratrellis , sive consobrinus Be  
tissimæ Virginis . Unde Evangelista ac  
commodans se consuetudini tum gentium  
tum judæorum , qui per patres & non pa  
matres genealogias contexebant , gene  
logiam in Josepho potius , quam in Mana  
terminare voluit ; quo sufficienter mani  
festa

festavit, Iosephum & Mariam contribules ejusdemque familiæ esse; quanquam enim feminæ apud judæos potuerint nubere viro alterius tribūs, si tamen ipsæ, deficiente prole masculâ, in hæreditatem patris succedebant, debuerunt tunc secundūm legem num. ult. v. 7. nubere viro ejusdem tribūs & familiæ, ne hæreditas per coniugium ad aliam tribum transiret. Et sic familiam est in Maria: cujus parentes Ioakim & Anna, cùm masculâ prole carerent, ut Matthæus supponit tanquam vulgatum illo ævo, & notum vel ex fama, vel ex tabulis genealogiarum & matrimoniorum, quæ apud judæos exaltissimè servabantur; ideo genealogiam Iosephi tanquam eandem cum genealogia Virginis deducit. Adit Cornelius à Lapide ex SS. Patribus, ideo quoque non per Virginem, sed per Iosephum genealogiam Christi deduci, quia per Ioseph, & non per Mariam Christus fuit hæres sceptri & solij Davidici: fæminæ enim jus ad regnum nullum est, quamdiu proles masculæ supersunt.

Sed quomodo, inquires, per Iosephum Christus fuit hæres regni Davidici? qui tamen non erat filius naturalis Iosephi? Respondetur, jure gentium in paternam hæreditatem & jura etiam illos succedere, qui solius publicæ famæ testimonio filij habentur,

210      ÆTAS VI. ab an; 3743.  
tur, vel à parentibus adoptantur. Quia  
magis, qui re ipsâ proprius ac legitimus  
est filius, et si non coitu naturali, sed fi-  
pernaturali spiritus Sancti virtute, māris  
prognatus sit ex legitima suâ conjugio:  
quia enim maritus est caput, ac dominus  
corporis suæ uxoris, ideo est etiam domi-  
nus fructus, quicunque & quo cumque de-  
mum modo ex isto corpore legitime pro-  
creatur: sicut, qui agri dominium habet,  
dominus est quoque seges, tunc illa  
cresceret in agro supernaturaliter: vix  
ergo Iosephus habuerit omnia iura ven-  
domini ac patris in Iesum, ut erat homo,  
& sic vocatur pater Iesu, etiam ab ipsius  
Virgine; vicissim etiam Iesus, ut erat pro-  
prius atque legitimus, et si non naturalis  
filius Iosephi, habebat omnia iura huius  
spectu illius, ac proinde etiam post regni  
mortem Iosephi. De hac re plura §. Augu-  
lib. 5. in Iulianum cap. 9.

*Cognatio D. N. Iesu Christi secundum carnem per Mariam & Iosephum contracta.*  
ELEAZAR duas proles genuit Mathanem & Iosephum contrafacta.

thereni.

*Linea Pantheris,*

PANTHER genuit Bapantherem.  
BAPANTHER genuit Joachimum sive Iohannem  
dictum etiam Heli.

JOACHIMUS ex Anna genuit Mariam, ex  
natus est JESUS.

143.  
tur. Qua-  
ac legi-  
urali, sed fi-  
tute, mani-  
suā conjug-  
ac dominus  
erit domi-  
ocunque do-  
ritimē pro-  
nū habet,  
etiam illa  
aliter: dī-  
ia jura ven-  
terat hono-  
am ab ipso  
, ut etat pro-  
non naturalis  
a jun̄i re-  
m̄ ius regi  
ura & Angu-  
risli secu-  
am & lo-  
athanem &  
is,  
m̄ five Jea-  
Mariam, et  
.

*Linea Mathanis.*

MATHAN filius Eleazari & frater Pantheris tres  
genuit proles ex Maria uxore suā, quae fuit de tribu  
Iuda, scilicet Mariam \* Soben \* Jacobum \* Annam\*  
Anna nupsit Heli sive Joachimo, & ex his procreata  
est Maria Mater Iesu. Jacob genuit Cleopham  
dictum Alpheum, & Josephum, cui nupsit Maria,  
et quia natus est Jesus.

Ex Sobe nata est Elisabeth uxor Zacharia Mater  
Iohannis Baptista.  
Ex Maria Nathanis filia nata est Salome.

*Linea Cleophae filij Iacobi.*

CLEOPHAS sive ALPHELIUS sex proles habuit:  
prima proles Cleophae fuit Salome Matt. 28. v. 1.  
dicta Maria, uxor Zebedæi, & mater Jacobi cognomen  
majoris, & Iohannis Evangelista.

Secunda Cleophae proles fuit Jacobus Marc. 15. v.  
40. minor dictus Act. 1. v. 13. Jacobus Alphaeus. Ad  
Galat. 1. Frater Domini, Episcopus primus Hiero-  
polymitanus.

Tertia proles Cleophae fuit Judas frater Jacobi,  
dictus initio Epist. Iuda. & act. 1. v. 13. & Luc. 6. v.  
16. dictus etiam Thaddæus Matt. 10. v. 3. alias  
Lebbæus.

Genealogia, quam texit S. Lucas per  
posteros Nathan, qui fuit filius Davidis,  
recenset stirpem paternam Mariæ, scilicet  
parentes Ioachimi (sive Heli, ut Græci  
appellant) sicut Matthæus recenset stirpem  
maternam seu parentes Annæ.

Meminit S. Lucas inter majorcs B. V.  
quoad paternam propagationem alicujus,  
qui

qui vocabatur Ianne, & filius erat Ioseph filii Mathathiae: de hoc Ianne refert Genesius, fuisse ultimum principem de domo Iechoniae, & sub initium regni Antiochi Epiphanis semet ipsum interfecisse, eo quod videret a regibus Syriae oppressum familiæ suæ libertatem; ideoque illius opes ab Epiphane fisco regio ex aste adductas esse, & hinc familiæ Christi accidisse tantam accusarum opum, & plebeiz fortis tenuitatem, per posteros ad Christianusque propagatam.

### S. 2. Pontifices Hebraeorum.

**XLII. SIMON I.** dictus etiam *Pri-*  
*fecus* cognomento iudeus, filius Oniae propter solicitudinem in Deum & religionem, & pronam in suos cives clementiam: gubernatio ejus turbis caruit, quia successores Alexandri Magni civilibus bellis complicati fuerunt. Praefuit annis q. que ad annum m. 3765. ante Chri-

**XLIII. ELEAZARUS** filius Onias & frater Simonis Justi, pontificatum assumpsit, cum Onias filius Simon adhuc parvulus erat, & postero

Ptolomæo Evergete modò Pontifex  
factus est, Eleazaro & Manasse Ponti-  
ficibus interjectis. Pontificatum suum  
memorabilem fecit liberatione capti-  
vorum Judæorum, quos Ptolomæus  
Lagi in Ægyptum abduxerat, quorum  
singulos 120. drachmarum lytro re-  
demtit: erant autem captivoru 120000.  
sub hoc etiam Pontifice versio scri-  
pturarum per LXX. interpretes facta,  
& singulari cura ad felicem exitum  
deducta. Sedit annis 32 usque ad an-  
num m. 3797. ante Chr. 256.

XLIV. MANASSES demortui  
Eleazari patruus: de rebus ejus gestis  
nullibi fit mentio; præfuit annis 9.  
usque ad annum m. 3806. ante Chr.  
247.

XLV. ONIAS II. Simonis Justi  
filius, amisit patrem infans, & ponti-  
ficatu primò ab Eleazaro tutore, post-  
modum à Manasse patruo exclusus est;  
eius denique senex surrogatus ita præ-  
sedidit, ut dignitas collata seriùs, non  
inju.

214 *AETAS VI.* ab an. 3743.

injuria fortunæ, sed animi parvipen-  
tis ex-  
fuisse videatur : totus enim pecunia  
36. us  
colligendæ incubuit, adeò quidem,  
Chr. 1  
ut etiam Ptolemæo Evergetæ ulta-  
tum 20. talentorum argenti annum  
tributum denegare ausus fuerit; que-  
res cùm ad gentis universa pernic-  
em tenderet, eamque rex per legatos  
severè minitaretur, nihil tamen mo-  
tus est, sed periculum omne in popu-  
lum & legatum Josephum sororatu[m]  
filium rejecit. Præfuit annis 14. &  
factus fere centenarius obiit anno m.  
3819. ante Chr. 234.

**XLVI. SIMON II.** plurimùm lus  
amicitiâ Antiochi Magni; templum  
Hierosolymitanum instauratum alti-  
tudine duplice, & munimine firmavi-  
camq; gentis curam principe digna-  
gereret, urbem contra casus subi-  
& obsidionis pericula fortiter con-  
munitivit: præfuit annis 25. usque  
annum m. 3846. ante Chr. 207,

**XL.VII. ONIAS III.** filius Sim-  
onis, in omni genere virtutum & piet-  
atis, ut

parvipos  
m pecunia  
ò quidem,  
geta usita-  
ti annum  
uerit; que-  
pernici  
erlegatos  
mea mo-  
e in popu-  
lorum slue  
nnis 14 &  
it anno m.  
imam dlos  
; templum  
ratum alti-  
207. se firmavit  
pedigran-  
sus subito  
reiter con-  
5. usque  
ilius Sime-  
in & pate-  
13

tis exercitatisimus fuit: sedet annis  
36. usque ad annum m. 3882. ante  
Chr. 171.

Fuit iste Onias tum **Aleo** Spartano regi,  
tum **Selenco** adeo in amoribus & veneratio-  
ne ob insignem virtutem, ut ab illo in ami-  
ciam solicitaretur: à **Selenco** autem, hujus  
Romificis amore præcipue & aestimatione,  
sumptus ad sacrificia necessarij è regio fisco  
penderentur. In hac felicitate annis mul-  
ti peractis orta est ex levi contentione de  
nationibus fori summum dissidium Oniam  
inter & **Simonem** quandam de tribu Benia-  
min, qui alicui officio in templo praefectus  
erat, & ed usque adversus Oniam invidiæ  
& vindictæ stimulis agitari cœpit, ut, cum  
opportuniorem nocendi occasionem non  
inveniret, sacrum ærarum (in quo præter  
viduarum & pupillorum, etiam Ioannis  
Tobiae F. depositum asservabatur) Apollo-  
nio Cœlesyriæ & Phoeniciæ præsidi prode-  
ret. A quo cum rex edocetus, & pensionem  
annuam in sacrificia negasset, & per **Helio-**  
**dorum** quæstorem suum pecuniam illam de-  
positam fisco adjudicasset: Onias, quod  
unum poterat, cum gente universa ad vota  
& preces confugit, & hanc panopliam ita vi-  
vit, ut Heliodorum, qui protervè ad adyta  
pergebat, prodigo in yitæ periculum con-  
jectum

jectum , iterum precibus suis restituerit, qui interfici  
ad regem suum reversus præclaris testimoniis confessionem de judæorum religione depositum.

Cumque ne sic quidem Simon à criminationibus absterritus esset, fierentque à consanguineis hujus Simonis quotidianæ ades, ad controversiam componendam, Onias ad regem iter suscepit; quo interea defuncto, novâ calumniâ apud succelforem Antiochum Epiphanem à Ialone trahit accusatus est, & pontificatu regi sententia abdicatus. Itaque vim veritus ad Asylum Antiochiam fecus Daphnen se receperit, ob cùm aliquanidu extra pericula commutatus esset, auditis Menelai rapinisita hinc zelo exarsit, ut publicè eas argueret quod dum homo facinorosus ulcisci omnibus odis fatageret, occultâ fraude & pâlius Andronico purpurato conficiendum tradidit. Andronicus itaque juramento religione evocatum Oniam tam netane, tamque crudeliter peremit, ut vel ipse Antiocho lachrymas mors Oniae & simul via dictam exprimeret; mox enim (Gratiani religionem violatam esse infrementibus rex quoque ipse inflammatus particulatis per urbem ad eundem locum, ubi manus in Oniam perpetraverat, educi, &c.

interfici imperavit anno mun. 3882. ante

Car. 171.

De Heliodoro, qui thesauros templi sublatum venerat, refert scriptura, quod templum subeundi Angelus apparuerit in signis ornatu splendido, armis auro rutilantibus, vultu minax, cuius equus in Heliodorum insurgens, anterioribus ungulis impulsum in terram postravit: postratum autem duo juvenes invaserunt insigni gloria & decoro fulgidi, qui plagas utrimque ingerebant sine cessatione, donec famuli Heliodorum suum multa circumfusum caligine rapuerunt, atque in sella gestatoria possum, extra Gazophylacium portaverunt, quem mutum jacentem Onias oblato sacrificio sanitati restituit; & didicit sacrilegus captor a castigatoribus Angelis Dei veritatem praedicare.

Onias per nefas depulso & exstante, pontificatum per nefas occurrerunt tres successivè Pseudo-pontifices qui sequuntur.

XLVIII. JASON Pseudo-Pontifex, appellatus etiam Jesus adulatio-  
nibus: in amicitiam Antiochi Episcopanis, & simul largitione 500. talentsorum in pontificatum, furis ad-

K

in-

instar & latronis irrepsit, superficie  
adhuc Oniā fratre suo. Quo in m-  
nere cùm totus regi, ne quiequam De-  
serviret, patriæ religionis deseritor  
impius transfuga factus, Gracos mo-  
res & errores simul invexit; Gymna-  
Græcum sub ipsa arce condidit; Tu-  
riorum quinquennales Iudos Hercu-  
lis pecuniā adjuvit: regem ab Ægy-  
ptia expeditione ad urbem defectu-  
tem cum funeralibus & faultis accla-  
mationibus exceptit; pro remunera-  
tione autem præsidium gentium re-  
luti compedes recepit, & tali populo  
suo acerbam servitutem attraxit. Qua-  
re aversis suorum animis, & pa-  
etiam divinā Nemesi repetente,  
à fratre suo Menelao everitus,  
pontificatu dejectus est. Veritudo  
exul ad Ammonitas configit, inde  
que ad Antiochi alteram in Ægyptum  
expeditionem commoratus, can-  
ceritu hujus rumor falsus inci-  
set, copias collegit, urbem op-  
erari posse.

, superfluo adoratus occupavit, facta in-  
genti civium strage ; arcem autem  
cum occupare non posset, in quam  
Menelaus se receperat , ab Am-  
monitis redux exclusus est, & atroci-  
ter in super apud *Aretam* regem Ara-  
bum accusatus, cum nullibi tutio con-  
sistere posset, impius proditor & car-  
nifex, ad Ægyptios, & inde ad Lace-  
dæmonios profugit ; ubi minimè pro-  
spe sua exceptus , omnibus rebus  
inops tandem mortuus est, omni fu-  
neris honore & patrio sepulchro de-  
stitutus : anno m. 3882. ante Chr. 171.

XLIX. MENE LAUS, missus hic  
erat à fratre ad Antiochum, ut pecu-  
niā ei ferret: qua in legatione ponti-  
ficatum emit sponsione trecentorum  
talentorum, supra tributum à Jasone  
promissum. Acceptis igitur à rege  
mandatis (quibus loco Jasonis ponti-  
fex esse jubebatur) Hierosolymam ve-  
nit, fugatoq; fratre pontificatum usur-  
pavit, nihil dignum habens Sacerdotio,

Ka

an̄z

animus verò crudelis tyranni illi & se  
bellua iram gerens: quam mox patefec  
omni genere rapinatum, cives ad Eti-  
nicas superstitiones adigens, & relu-  
ctantes sanguine & opibus exhaeu-  
ens: cùm verò etiam post tantas na-  
pinas pecuniā nihilominus destitui-  
tur, tam ipse, quām arcis praefectus:  
*Sosstratus* dignitate extitit. Post  
quæ aurea vasa è templo depreda-  
tus est, hisq; *Andronicum* praefectum  
corruptum, in *Onia* fratri cædemi-  
pulit, & novo scelere *Lysimachi*, quem  
successorem acceperat, sacrilegia ad-  
juvit; ideoque apud regem ciuam  
dicere jussus per *Ptolemaum* quandum  
tum absolutionem sui, tuam adver-  
iorum suorum supplicium impen-  
dit, & mox cæteros quoq; purpu-  
tos largitionibus aggressius pontificis  
tum recuperavit. Quo tempore dan-  
otio securè indulget, subita Jafon  
irruptione grave salutis discrimi-  
nat, & in arcem elapsus, Antiochum  
ab expeditione altera Ægyptiacu-

versum  
pit, ei  
& adj  
Qu  
princ  
mus,  
(ude  
series  
Lysi  
incent  
perem  
Mem  
am, u  
cinerib  
mo ver  
tem; i  
egi.  
consue  
aretur  
Menela  
1892. a  
LX  
nis &  
tificat  
est: n  
vit, &

versum in urbem fremebundum recipit, eique ad immania scelera ducem & adjutorem se præbet.

Quæ res cùm Asmonææ gentis principes, quos Machabæos appellamus, in justum furorem concitatæst (unde longa bellorum & malorum series concatenari cœpit) suadente Lysâ, ab Antiocho tanquam fax & incensor malorum merito supplicio peremptus est.

Memorant historiæ ductum esse Bæteram, ubi turris erat 50, cubitorum plena cineribus, quæ machinam habebat in summo versatilem, undique in cineres declinem; ibi eum, qui damnatus esset sacrificij, aut magni alicujus criminis deicere consueverant, ut cineribus vivus intumaretur; & hoc supplicium denique obtigit Menelao impiissimo prævaricatori, anno m<sup>892</sup>. ante Chr. 161.

LX. LYSIMACHUS frater Jaso-  
nis & Menelai, quo exauktorato pon-  
tificatu & templo, ejusdem potitus  
discriminatus; nec annum tyrannide hic explen-  
vit, & à populo furente obrutus est.

K 3

Güm

Cum judæis intolerabilis videretur eis  
in sacra & profana grassandi libido, quam  
frater Menelaus multum consilii impus  
accedit, & ferociorem efficit, armati uero  
eum insurrexerunt: Lysimachus vero vi-  
cissim civibus tria millia militum oposuit  
cum duce quodam sene, sed amente, quem  
nonnulli Araunum vocant; cives autem ex-  
hausti bonis, majoribus animis & viribus  
restiterunt, & in cohortes iniquas lapides,  
fustes, cineremque projecterunt, eisque  
multis cæsis, pluribus vulneratis, aut ex-  
cætatis expulerunt; quin etiam captus, ad  
sacrum ærarium Lysimachus interfecit, ut  
intelligeretur ex loco mors, propter fa-  
tigium potissimum irrogata. Lysimachus  
interfecto, iterum Menelaus fraudibus &  
adulationibus suis pontificatum adiit, eisque  
perempto Alcimus successit.

LXI. ALCIMUS alio nomine  
**JACIMUS**, postquam pontificatum a  
**Demetrio Sotere** munieribus emisserat,  
**Bacchide** cum exercitu Hierosolymam  
reductus est, ut inde Judam Macha-  
bæum, verum pontificem, & populi  
ducem ejiceret. Ibi violentarum pri-  
mò machinationum contra **Aidan**  
sperato successu frustratus, & à Bac-

retur ejus  
do, quam  
iis impis  
armati in  
s verò vi-  
a opposuit  
nte, quen-  
autem ex-  
& viribus  
lapides,  
, easque  
, ant ex-  
captus, ad  
fetus esti  
ropter s-  
yli macho-  
tudibus &  
dit, eisque  
nomine  
ficatum a  
emislet, a  
solymam  
i Macha-  
& populi  
arum pr-  
a Afissi  
& à Bac-  
chis  
chide discedente copiarum partem  
præsidij causâ secum retinere per-  
missus, ad fraudes se convertit. Cle-  
mentiam erga omnes propensam si-  
mulat; in congressibus comem se  
præstat & facilem; atque pluribus  
jam ad eum confluentibus, mox ite-  
rum apertum furem exerit, & com-  
prehensos eos, qui Judæ Machabæi  
partes sequebantur, immanibus sup-  
pliciis excarnificat. Neque tamen  
in Ecclesia delenda quicquam profi-  
cit, Judæ talionem in ipsius compli-  
ces fortiter reddente. Igitur novas  
suppetias militares à Demetrio implor-  
at & impetrat, duce Nicanore, quem  
Judas felici prælio quidem devicit,  
contra Bacchideim tamen bellum fir-  
mioribus copiis instaurantem succu-  
buit. Rebus sic confirmatis, Alcimus eā  
partem templi, quam sanctorum va-  
tum ædificium appellabant, sub-  
tuere incepit: sed morbo repentina  
præventus est, ita ut ore obstructo  
totus sideratus, neq; loqui, neq; te-

K 4

stamen.

224 AETAS VI. ab anno 3743.

stamentum condere potuerit, brutus  
in star, maximo cum dolore vitam  
nixerit: anno m. 3894. ante Chr. 159.

LXII. MATHATHIAS filius Jo-  
ANNIS, sacerdos ex filiis Iohannib verus  
& legitimus Pontifex: non hæreditariâ  
successione (hæc enim per Pseu-  
do-pontificum tyrannidem interru-  
pta erat) sed populi acceptatione, vel  
communi electione, quæ contigit an-  
no m. 3888. ante Chr. 165.

Erat hic annus quasi crisis Iudeæ regi-  
tudinis, quæ haec tenus velut ad summum  
ascenderat, nunc modicis levamentis re-  
valescere incipientis. Cujus occasio fuit  
adventus præfectorum regis Antiochi, qui  
in oppido Modin cogebant iudeos idolis  
sacrificare, quod ansam dedit Mathathia  
cum quinque suis liberis Iohanne, Simon,  
Iuda Machabæo, Eleazaro & Ionatha ad An-  
tiochœ ejusque præfectis deficiendi. Scriv-  
bit autem Iosephus Mathathia protinus  
Assamonum dictum esse, cuius nomen pro-  
modum ad familiâ Machabæorum translu-

Veri similis conjectura multorum est, cu-  
id nomen, à dignitate profectum certe,  
sit Ægyptium HASMONAI, quod et

Magn  
elapit  
no de  
Barb  
um re  
do co  
public  
demq  
velot  
filioru  
ad rei  
mum  
loca c  
secuti  
Rente  
genti  
mus j  
poter  
que  
quod  
dæi p  
undiq  
quos  
daon  
famil  
lica ju  
sancti  
boni &  
tome  
Pachy

Magnates sive Principes. MATHATHIAS porro elatus Hierosolymis in sua civitate Modino degebat, in quam missus praetulus, aut Bacchides aut Apelles dictus, edictum impium regis propoluit Modinitis; id non modo contempsit bonus senex, sed & judæum publicè sacrificantem idolo trucidavit, eosdemq; impetu sancto, & à Deo concitate, vobis alter Phinees, Zelator gloriae divinæ, filiorum suorum agmine cinctus, populum ad religionis defensionem vocavit, ac primum cum viris Deo vero servientibus ad loca deserta secessit. Quosdam eorum infecuti regij duces die sabbathi non resistentes interimunt. Quod cum ad ultimam gentis pernicie vergeret, MATHATHIAS sumus jam arbiter religionis pontificia usus potestate & auctoritate, edixit, ut hoc quoque die judæi resisterent invadentibus: quod deinceps gloriosè atque fortiter Judæi præstitere; famâ passim dein vulgata undiq; ad Mathathiam confluxerunt, inter quos numeratur imprimis synagoga Assyriorum, quæ erat virorum religiosorum familia (quales etiam Esseni erant in republica judaica, non tantum viribus, sed etiam sanctitate pollentes) tum alij etiam viri boni & gloriae divinae studio accensi, tanto namero, ut brevi exercitum conficerent. Incusseruntque peccatores in ira sua, scilicet

K 5

judæ-

judæos apostatas occiderunt, prater eos qui  
fugerunt ad nationes infidelium, ut evadent,  
¶ periculserunt viros superbie, id est, præto-  
rios, & destruxerunt arascum idolis suis, &  
circumcididerunt pueros incircumcisos, qui-  
quot invenerunt in finibus Israël. Hæcum  
strenue agerentur, appropinquarunt die  
Mathathiae moriendi: igitur exhortatus fi-  
lios suos ad strenue propugnandam religio-  
nem patriam, disposuit domini iuz, & rei-  
publicæ judæorum, belliique ducem & simul  
Pontificem illis constituit Iudam Macha-  
sum, cui consiliarium adjunxit Simonem na-  
tu majorem: denique paternâ & pontificâ  
benedictione impetrata obdormivit & ap-  
positus est in sepulchris patrum suorum in  
Modin: & omnis Israël planxit eum plan-  
etu magno.

LXIII. JUDAS MACHABÆUS  
verus & legitimus Pontifex, cuius au-  
spicijs judæi non solum respirare, ut  
proximo anno sub Mathathia, sed flo-  
rere etiam, hostibusque suis terru-  
esse cœperunt.

Nomen MACHABÆI, ut Hebrei & lati-  
ni passim tradunt, inde accepit, quod bellum  
sacram contra infideles tesseram accepit  
illud Mosis (devicto Pharaone) concorde-  
tis exod: 15. v. 11. Mi Camocha Bailem u-

kerne,  
mine?  
literas  
pieris  
unam o  
B. ut  
Macha  
H  
contra  
milita  
spe&c  
etiam  
ab O  
& arr  
Deus  
velut  
solon  
arma  
occur  
trium  
tem, p  
do fu  
nem:  
giam  
percu  
ha;

hova, id est, quis similis sui in fortibus domina? ideoque initiales horum verborum literas brevitatis studio vexillis suis inscriperit, quæ suppositis punctis vocalibus in unam dictionem conflatae faciunt MACHABEI: ut MACHARI sit quasi idem, quod MICHAEL: quis ut Deus,

Huic Machabæo, pro patria lege contra barbaros accincto, universa militavit natura, Angeli armis, aër spectris, somnus præfigijs: mortuos etiam auxiliarios sortitus est: siquidem ab Ozia pridem defuncto animatus, & armatus à Jeremia est: cui & ipse Deus centuriatus, fulmineâ manus efe veluti fecialem præstitit: Epiphanem solo nomine exterruit; Eupatorem exarmauit pugnando: Demetrium etiam occumbendo exagitavit. Nicanorem trium regum prætorem, ter insurgetem, primo congressu nudavit, secundo fugavit, tertio occidit. Apollinem, Leonem Ptolomæum, Goriam, Timotheum, fulminis instar percussit. Octoginta millia sub Lydia; centum quindecim millia sub

Anti.

Antiocho; centum viginti millia suorum  
Timotheo, exigua manu superavit, &  
Galaatidarum urbes incendio delevit; Maspham ferocem, contracida-  
tis maribus, eviravit; Casphim mon-  
tibus, Carnionem situ, Ephronem ei-  
vibus optimè munitas urbes subegit;  
Jerusalem septies propugnavit, &  
quater triumphans ingressus est; Iop-  
pitarum, Jamnitarumq; malefida na-  
valia succedit, & Pharam fecit vici-  
riarum suarum luce longè latet; ful-  
gurantem, pro aris & focis bella-  
tor invictus, & incomparabilis trium-  
phator, adeò in omnibus conficitur  
tenax victorix, ut nequidem in ultima  
pugna contra Bacchidem, quanquam  
hostilibus armis occumbens, eam ho-  
ni suo & inimico Nominis Dei con-  
cesserit: ita enim pugnavit, ut can-  
tingentis viris, non solum totu-  
rem in aperto campo restiterit ve-  
ginti duobus millibus militum, sed  
robur ipsum hostilis exercitus con-  
verit, fuderit, fugaverit, & deniq;

sus ipse, victoram sanguinis sui generis rubricâ, solenniore festo celebrandam, transcripsérit, postquam sexennum victoriis implevisset usque ad annum m. 3894. ante Chr. 159.

LXIV. JONATHAS Judæ suffit. Atus est, ne oves sine pastore morsibus luporum paterent. Suscepitq; Jonathas principatum & pontificatum, cùm nulla esset ambitio de successione: res enim erat non tam honoris, quam oneris, gravissimique periculi. Qui enim metu Judæ vellatebant, vel pietatem tantum simulabant, illi nunc impudic volitare, impietatem ostentare, hostiique fese adjungere audebant. Bacchides quoque veluti lupus rapax, pastore percusso, ferocius nunc perdendi libidine bacchabatur, Alcimus etiam opinione suâ summus sacerdos, reipsâ fidei desertor & sicutius improbissimus, pontificatum sibi firmare visus est, prostrato Judâ Machabæo cum fratribus duobus Jo.anne & Eleazaro (quorum hic ab ele.

phan-

phanto, alter à latronibus insidiouse  
oppressus) Inter has adeo dubias fortis  
procellas, Jonathæ prudentia Judai-  
cæ reipublicæ clavum feliciter mo-  
derata, sustinuit & superavit tempe-  
states: æstimatis enim hinc & illinc  
viribus, semper applausit fortiori:  
junctus Demetrio contra Alexan-  
drum; fortiori facto Alexandro, jun-  
ctus est contra Demetrium: versa  
alea, junctus iterum Demetrio, con-  
tra Alexandrum. Cùmque prude-  
tiam & fortitudinem Jonathæ pro-  
parentur omnes amasij bellicæ for-  
tunæ, jungi cœpit Antiocho contra  
Demetrium, iterumq; Tryphon contra  
Antiochum: sic, callidus heros  
Jonathas, inter præsentem hostem &  
futurum in omnia sibi suisque provi-  
dus & cautus, veluti fluetus pellitur  
fluetu, sic alterum hostem altero tra-  
xit, & aliquid semper ex utroque de-  
libavit. Deniq; tamen expertus ei-  
& cæcam esse politicorum sapientian-  
& gentium nuspianam inveniri, qui on-

nib  
Gra  
culis  
cum  
ante  
DI  
lum  
exue  
viro  
thop  
drag  
tus T  
lo p  
mitt  
Ptol  
Ren  
tissi  
Gali  
ne P  
clau  
eius c  
via c  
lō sue  
liton  
runt  
desp  
stare  
alter

nibus horis sapiat. Tryphon enim Græcā fide receptum Jonatham, vinculis tandem suis constrinxit, & unā cum filijs interemit. Anno m. 3912. ante Chr. 141.

DIODOTUS TRYPHON cūm pupillū suū decennem Antiochū regno exuere decrevisset, veritus sibi à Ionatha viro torti & iniuritatis inimico, eum Scythopolim invitavit, adsuit hic sed cūm quadraginta hominū millibus, quibus perterritus Tryphon, qui statuerat vi agere, eum dolo perdere proposuit; suadet igitur ei dimittere exercitum, & cūm paucis venire Ptolemaidem, quam ei traditurus erat. Remittit copias suas Ionathas imprudenter, missis tantum duobus millibus in Galilæam, ipse mille stipatus cum Tryphone Ptolemaidem ingreditur; verū statim clavis portis datus est in vincula, comites ejus cæsi, missique equites, qui dimissos in viā cæderent. At illi admoniti de periculo suo, ita se paratos ad ultionem commilitonum suorum, & ad prælium ostenderunt, ut vīsi sint dimittendi, tanquam viri desperatae audaciæ, & à quorum parte stare posset victoria. Fraudū huic fraudem alteram annexuit malignus, & dolosus

Try-

Tryphon : cùm videret, quod Marte aperto non posset, totum Mathathiae reliquum germe tollere, spoondit iudeis dimittere Ionatham, quem in vinculis secum trahebat, si centum talenta fisco debita persolverentur, & duo filii Ionathae obides offerrentur. Simon qui jam in pontificatum & ducatum pro Ionatha sufficiuerat, prævidebat quidem fraudem, ventus tamen maledicorum linguis, à quibus avaritiae accusari posset, pecuniam & obides misit. Verum perfidus Tryphon retinuit omnia, & paulò post in oppido Battanae Ionatham & filios interemit: quorum corpora ad sepulturam non negavit, sive magnificientissimo funere elata, tristissima Simonis solatio, sed hoc tempore necelusa.

LXV. SIMON qui oius Mathathiae filius post Jonatham electus à populo dux simul & Pontifex, statim solertia magnâ publicæ rei providere cepit, absolvere murorum instauracionem Joppem periclitantem novo firmo praesidio, seque modis omnibus communire; & cùm videret Tryphonem regem Syriæ declaratum esse (<sup>pe</sup>dolum sublato Antiocho pupillo) Deo

Demetrium transiit, eumque tanquam legitimum Syriæ regem, cum naueribus per legatos salutavit. Gavisus hæc legatione mirum in modum Demetrius (cò quod sibi per hauc amicitiam & societatem cum iudeis spes magna affulgeret redeundi in Syriam & sua recuperandi) honorifice Simonem, gentemque totam in fœdera & socia arma admittit, & multa, quæ liberaliter promisit, tam fideliter præstvit, ut deinceps Israëlitæ jugum gentium excusserint, factique sint regum Syriæ non subditi, sed amici, ab omnatributo liberati. Et fortunæ iudiciorum, quæ in morte Jonathæ & filiorum ejus, ac mille insuper primiorum civium luctuosâ strage, pene desperatæ erant, rebus terrâ, marique belli & domi, in acie & in templo, ubique præclarè gestis, in statum non solum quietum, sed etiam florentissimum Dei benignitate conversæ sunt, quem tamen felicitatis pedissequa invidia mox peccatum dare conata est; Io-

nathæ

nathâ anno pontificatûs sui octavo ad annum m. 3919. ante Chr. 134. pro-  
ditoriâ cæde sublato, à genero am-  
bitioso & invido.

PTOLOMÆUS filius ABOSI Simoni  
gener, à quo præpositus fuerat Jenichon-  
tinæ provinciæ, cùm divitîs abundaret,  
proprio nomine regionem obtinere flagra-  
bat, & stu ambitionis accenitus, itaque So-  
cerum suum Simeonem cum filia duobus  
Juda & Mathathia, dum hanc provinciam  
lustrat, in munitione Docho, quæ erat in  
Jericho, convivio fraudulento excipit, de-  
scendit scicariis: cum quibus, ubi con-  
vixerint aliquando laxius & letissimo  
matus irruit, & sacerum senem, eundem  
pontificem, cum duobus filiis, & aliquos  
famulis interficit, statimque de perpetua  
scelere regem **Sedetem** certiore facit, po-  
tens ab eo exercitum in auxilium, ut eum  
gionem omnem Judæorum cum civi-  
bus eorum traderet in manus. Ex quo in-  
paret patrati sceleris consciunt & compa-  
cem fuisse **Sedetem**, sed & in Gazam faci-  
emisit, ut tollerent Joannem, & Hieronim-  
monum occuparent submissio milite: sed po-  
monitus Joannes eos interfecit, & filio  
rosolymam conservavit.

LXVI. JOANNES HYRCANUS  
Simonis filius, Mathathiae nepos, post  
suscepsum pontificatum obsidere par-  
ticidam Ptolomæum aggressus est:  
sed matris verberibus & cruciatibus  
quibus impius Ptolomæus affinis, eam  
in conspectu Joannis supra muros ex-  
carnificari jusserrat, commotus, obsi-  
dionem sustulit. Inde Antiochi So-  
teris bello vexatus, & infestâ obsi-  
dione Hierosolymis pressus, & ad de-  
ditionem eâ moderatione invitatus  
est, ut solutis regi 500. talentis & mu-  
nitionibus dejectis, hunc ad bellum  
Parthicum sequeretur: quod factum  
est eo eventu, ut Antiochi interitus  
ipsi fieret occasio ad rem felicius ge-  
rendam, & regnum amplificandum.  
Cum enim duce *Indate* profligato &  
Pentecostes sacros dies progredi ul-  
terius cum Antiocho detrectaret; &  
ille nihilominus bellum urgendo, in  
prælio occubuisse, Joannes mox Sy-  
riam populabundus invasit, recuperata  
vrbes judæis detractas, destruxit  
tem.

templum in Garizim, subjugavit Ida-  
mæos, & ad circumcisionem adegit  
Romanos, & Alexandrum Zebiam  
fœdere sibi junxit, Samariam obli-  
dione annuâ captam solo & quanti-  
duo torrentibus, ut horum eluvi-  
ne vestigium ne quidé oppidi superel-  
set. Pontificatum suum periculique  
ad annum m. 3950. ante Ch. 10. &  
mortuus est, tribus præcipue redun-  
signiter fortunatus, nempe princi-  
patu gentis, pontificatu, & futurum  
præsagitione. Etenim filium de  
Antiocho Cyziceno victoriam ad Se-  
mariam cœlesti voce denuncian-  
populo eodem die indicavit, & prin-  
cipatus eorum fata prædictit. Hos tri-  
los reliquit ex Alexandra fulcere:  
Aristobulum, Antigonus, Alexan-  
drum, Absolonum, & Kalium quemadmodum  
anonimum.

**LXVII. ARISTOBULIUS.** post  
Joanni Hyrcano successit in Pon-  
catu & principatu, quem in regno  
ille mox commutare ausus, regen-

745 usq; ad an. mundi 4052. 237  
diadematē assumpto nominari primus  
nem adegit : cum fratre Antigono eandem  
dignitatem communicat: matrem au-  
tem dominatū partem postulantem  
& prætententem quod eandem con-  
cessisset maritus Hircan, necat ambi-  
tiosus parricida, & fratres cæteros,  
qui matri adhæserant, vinculis con-  
stringit. Nec diu Antigono commu-  
nicata dignitatis benevolentiam præ-  
stat, sed per calumniam regni affecta-  
ti ab invidis accusatum, & Alexandrā  
uxore suâ, quæ etiam Salomes dicta  
fuit, faciem subdente, per satellites ē  
medio tollit. Unde immanium scele-  
rum conscientiā pressus, morbo, eo-  
dem in loco correptus, quo fratrem  
extinxerat, inter acutissimos corporis  
& animi dolores, cum sanguine ani-  
mam simul evomuit, primo anno re-  
gni ad annum m. 3951. ante Chr. 102.

LXVIII. ALEXANDER JAN-  
NAEUS dictus etiam JOANNES II.  
Alius Hyrcani & frater Aristobuli,  
quem statim Salome demortui re-  
gis

gis uxor, ætate & modestia cetera  
præcellentem, vinculis canceris se-  
latum sibi matrimonio conjuncti,  
duorum fratrum facta successivè con-  
junx & regina. Eum pater Hyrcanus  
oderat, quia huic, pro aliis duobus  
liberis, Aristobulo scilicet & Antigo-  
no oranti, Deus exhibita in soannis  
effigie coronati Jannæi, indicavit suc-  
cessorem fore in regno, ideoq; inno-  
xiuum summo odio prosequi coepit, ut  
nec aspectu dignaretur, sed in Gallia  
læa procul à suis oculis nutriendum  
curaret. Is sui principatus initio in-  
trem suum ( nomen à Josepho illuc  
tacetur ) insidiantem regno inten-  
dit: alterum autem Absolonum di-  
ctum, privatâ contentum vitâ, in ob-  
liciis habuit. Rebus domi confusa-  
tis, Ptolemaidem obsedit, obdi-  
verò Lathurus Ægyptius open-  
tulit. Coëgitq; Jannæum obsidere  
tollere; conversus igitur ad fratre  
Jannæus cum Lathuro ficte pas-  
tur, clam autem Cleopatram car-

Lathurum excitat, ob quam perfidi-  
am fortissimo exercitu à Ptolomæo  
sive Lathuro oppugnatus & victus  
est, amissis suorum triginta millibus,  
sic Deo perfidiam vindicant; auxi-  
liaribus tamen copiis à Cleopatra re-  
dintegratus, grassatorem Lathurum  
ſedē Judæos ferro & igne depopu-  
lanter iterum ejecit, variisq; urbibus  
subactis rem Judaicam plurimūm au-  
xit. Sed nescivit vir immoderatus  
uti fortunā suā: quam laudem gesto-  
rum meruisse videbatur, eam crude-  
litate & perfidiā iterum extinxit.  
Postquam alternantibus victoriis &  
cædibus, bella bellis multa innexui-  
ſet, æquè cum gentibus extraneis,  
quām cum domesticis & civibus. Fe-  
brim quartanam ex ebrietate contra-  
xit, quā integro triennio conflictatus  
tandem occubuit, per 27. annos mag-  
nā crudelitate administrato Pontifi-  
catu usque ad annum m. 3978. ante  
Chr. 75. reliquit post se filios ex Alex-  
andra

andra suscep<sup>t</sup>tos Hyrcanum & An  
stobulum.

De Jannæi crudelitate refertur, quod  
in bello, cum civibus gesto, 5000. pere-  
merit: cujus belli incentores fuerunt Phai-  
fæi, qui capitali odio à Jannæo, & ap-  
tre ejus Joanne dissidebant.

Judæorum, (qui auxilio Demetrii  
adversus Jannæum bellum gererant) in  
Bethouia expugnatâ oclingentos co-  
pit & Hierosyam adduxit, ibique acinus  
immanissimum commisit: epulans enim  
cum concubinis excelsiore loco, unde  
prospectus patebat, ad oclingentos puto  
crucibus affigi, & in conspectu ador-  
ventium, singulari uxores cum liberis  
propter quam crudelitatem THRACIÆ  
cognoveren apud iulz̄os obrivuit,

Perfidia simul & crudelitatis barbarum  
argumentum dedit in Gaza, quam per Ly-  
sanachum ditione acceperat; in hanc  
primo pacatus ingressus, deinde in circu-  
milites immisit permisso lævienti licentiâ  
quâ passim Gazei. (quamvis non iniuli)  
trucidabantur, alij vero desolatas pris-  
ædes incendebant, ne hostis præda potius  
posset, quidam etiam sinistri manib⁹  
uxores & liberos interficiebant, ne in cap-  
itatem abstraherentur Senatores numero

quinq;  
ruunt,  
urbis t  
rorum  
larum  
Del  
guum  
enim j  
major  
taliata  
anno  
autem  
ciper  
lagax  
teos  
minur  
dolo  
cano  
rand  
guum  
genti  
Arme  
gressu  
nique  
ra, re  
tus ti  
tonjui  
LX  
rand

quingenti in templum Apollinis confugunt, quos omnes jugulari jussit Jannæus: 43.  
um & An  
pertur, quid  
scoo. pere  
uerunt Phari  
eo, & ips  
io Demetri  
eferant) in  
gentos ce  
nique facimus  
pulans enim  
loco, unde  
gentos suffi  
ctus adiutor  
com literis  
HRAODE  
uit,  
is barbarum  
uam per Lr.  
at; in hanc  
nde in circu  
ndi licentia  
non iniuri  
olatae pris  
raeda poti  
et membris  
ne in cap  
ores numeru  
quid

urunt, quod  
erunt Phari  
eo, & ips  
io Demetri  
eferant) in  
gentos ce  
nique facimus  
pulans enim  
loco, unde  
gentos suffi  
ctus adiutor  
com literis  
HRAODE  
uit,  
is barbarum  
uam per Lr.  
at; in hanc  
nde in circu  
ndi licentia  
non iniuri  
olatae pris  
raeda poti  
et membris  
ne in cap  
ores numeru  
quid

tingenti in templum Apollinis confugunt, quos omnes jugulari jussit Jannæus: 43.  
um & An  
pertur, quid  
scoo. pere  
uerunt Phari  
eo, & ips  
io Demetri  
eferant) in  
gentos ce  
nique facimus  
pulans enim  
loco, unde  
gentos suffi  
ctus adiutor  
com literis  
HRAODE  
uit,  
is barbarum  
uam per Lr.  
at; in hanc  
nde in circu  
ndi licentia  
non iniuri  
olatae pris  
raeda poti  
et membris  
ne in cap  
ores numeru  
quid

urunt, quod  
erunt Phari  
eo, & ips  
io Demetri  
eferant) in  
gentos ce  
nique facimus  
pulans enim  
loco, unde  
gentos suffi  
ctus adiutor  
com literis  
HRAODE  
uit,  
is barbarum  
uam per Lr.  
at; in hanc  
nde in circu  
ndi licentia  
non iniuri  
olatae pris  
raeda poti  
et membris  
ne in cap  
ores numeru  
quid

Defuncto Jannæo, cœpit apud Judæos regnum à pontificatu separari: Alexandra eam Jannæi vidua pontificatum Hyrcano majori natu filio permisit, ipsa autem potentatem sibi regiam cum regno servavit anno m. 3979, ante Chr. 74. Aristobulum autem filium natu minorem constituit principem militiae \* Mulier fuit ingeniosa & sagax, sed improvida in hoc, quod Phariseos sibi nimium arrogare passa sit, hominum genus malitiosum & concretum ex dolo & fastu. Hos sanctiones à Joanne Hyrcano abolitas revocare, & sævire in Alexander amicos permisit: cæteroquin regnum ita administravit, ut etiam viciniis gentibus terrori esset: \* TIGRANEM Armenum ex regno Syriaco Iudeam ingressum, muneribus & pecuniâ avertit: deinde anno m. 3981, ante Chr. 72. moritura, regnum Hyrcano tradit, & pontificatus tiaram cum regio diademate iterum conjungit.

LXIX. HYRCANUS filius *Alexander Jannæi ex Alexandra genitus;* primò Pontifex tantum, postmodum

**L** à mo.

à moritura Alexandra etiam rex claratus, quam dignitatem non retinuit; cum enim esset homo propter segnitiem rebus administracionis parum idoneus, statim ab Aristobulo fratre bello appetitus est. Sed post chuntem vietus consentire debuit fœdus, ut ipse pontificatus & divinitus contentus viveret, regnum autem Aristobulo cederet.

Hæc fortunæ mutatio non mollescens ba & noxia viro ignavo sufficeret, sed patri Idumæi, quem familiariter dicitur perniciose consiliis obtemperasse pater enim genere Idumæus, honestus & factiosus, ideoque plurimum animo Aristobulo, Hyrcanum concitavat inimicorum suosque, ut si vita sua confutaretur ad Aretam in Arabiam fugeret; sed Hierosolymis restitueret, pacius donec urbes à Iannæo eruptas Arabibus detinatur, & obserdetur in templo, sed 300. talents ab Aristobulo in auxilio ductus & emptus, Aretam facesset & facti sunt Hyrcanus & Antipater.

3743. usq; ad an. mundi 4252. 243  
etiam rex de  
item non di  
set homo pro  
diminutus  
ab Antioch  
est, & ad Ier  
entire debuit  
cato & diversis  
regum uictor  
non uincit  
uifex, natus  
liariter regis  
imperialis en  
eius, hominem  
mūm uita  
itavit in locis  
consultum re  
fugere in  
legium  
pactus duc  
Arabitibus  
solymam  
templo, sed  
agebat Du  
m in auxili  
m facillent  
Antipater  
tus: auctores bellī securi percussi: præter  
Antipatrum, cruce, quām securi dignio  
tem. Hierosolyma facta Romanis stipen  
daria, ita, ut intra breve tempus pendere  
debuerit 10000. talentorum, id est 60, ton  
nas auri; ejus muri eversi, Iudæa in pro  
vin-

L 2

vin-

vinciæ formam redacta, iustaque proponere præsidi, & ne temen belli relinqueatur, Aristobulus cum duobus filiis, & reliquo totidem, Romam abducens est.

Proles Aristobuli quas ex filia Abdolom patrui sui suscepit, fuerunt ALEXANDER ANTIGONUS, ALEXANDRA & alii adhuc anonyma. Servivit posthac Hyrcanus in dignitate pontificali perpetuam levitatem Romanis ducibus, Gabinio, Cestio, Cassio, Cesari; & huic quidem per Antipatrum contra Alexandrinos auxiliari, Ideo Etnarchæ honoribus auctus est, & mormorum Hierosolymæ reficiendorum potestem impetravit.

Interea Aristobulus cum filiis fugièbat in Iudea concitavit, donec à Gabino captus, & Romam denuò reportatus esset, autem ejus Antigonus operâ Pascha in Oradis (quem Labienus ad bellum Romanum intrusus est armata manu; & Hyrcanus captus cum Phaselo Antipatri filio, & populi favore in pristinam dignitatem restitueretur, amputatis auribus munitus vincitus Babylonem abducens est, et a gentilibus iudeis ibi privatim viveret, nam enim mutilos à pontificatu prohibuit).

43. usq; ad an. mundi 4052. 245  
aque propin  
eli relinque  
us filii, &  
uclus est.  
Phaselus autem vincitus, capite ad saxum  
aliis, sibi vitam abrupit an. m. 4014. ante  
Chr. 39.  
Rebus ita turbatis Herodes, alter Anti-  
patri filius, qui maturā fugā evaserat, ab  
Antonio Romae non tantum exercitum  
auxiliarem, sed etiam pro stipulata magna  
pecuniæ summā regium nomen & regnum  
Iudaicum obtinuit: ideo cum valida manu,  
& Silone duce Romano Hierosolymam  
profectus, eam obsidione pressit & demum  
an. m. 4017, ante Chr. 36. cū novis auxi-  
liaribus copijs navalibus & terrestribus ab  
Antonio, duce Sosio submissis, corroboro-  
ratus esset, armatā manu expugnavit, cæ-  
dibusque omnia replevit: in qua expugna-  
tione Antigonus de turri descendens, & ad  
Josij genua supplex factus, in vincula con-  
jectus, atque ad Antonium deductus est,  
quem postea Herodes precibus & pecuniis  
multis impetravit, dūctumque Antiochiam  
securi percussit.  
Cū Herodes jam regno potitus esset,  
& optimates omnes sustulisset, quotquot  
Antigono fuisse suspicio tantum erat, ap-  
politis in hunc finem ad portas custodibus,  
qui etiam sandarpilas scrutarentur mortao-  
rum, ne quis effugeret, Hyrcanum apud  
Parthos, patriæ revisendæ præcupidum re-  
vocavit Hierosolymam. Sed quoniam ob-  
muti-

L 3

mutilationem pontificatum exercere non  
poterat, illi Analeum quendam, ex Baby-  
lonia accitum, pontificem substituit, tri-  
stra frementibus judæis, & injuriam fisi-  
Deoque fieri non obscurè significantibus  
Hyrcanum autem aliquamdiu astutâ sume-  
latione perhonificè habuit, donec de-  
prehensum, res novas per litteras ad  
Malchum Aretæ successorem das, molli-  
ri, octogenarium mortis supplicio affec-  
Conformius autem est tum Herodis astutia  
& crudelitati, tum Hyrcani mitissimo inge-  
nio, quod per calumniam opreserit. Ro-  
mam enim ad Cæsarem evocatus, propter  
amicitiam cum Antonio habitam male fini-  
metuebat, ne vitâ vel regno privaretur.  
ideo ne quis è semine regio supercedet, qui  
canū sub ambitis prætextui interficiam-  
4024. ante Chr. 29. de Herode plus in-  
quente §. Hyrcani hujus filia fuit Alexa-  
dra, quæ connupta fuit Alexandru-  
Aristobuli Hyrcani fratri, Alexan-  
dru autem ex Alexandra genuit Aristob-  
olum & Mariamnem, cui nupsit Herod  
itaque per Mariamnem Hyrcani ag-  
Herodes cum Hyrcano, lupus scilicet  
agnus, contraxit affinitatem.

Pontifices, qui post Asmo-  
nos ademptā vel ducali vel Regiā  
dignitate vixerunt usque ad exci-  
dium Hierosolyma.

LXX. ANANELIUS sive ANÆ.  
Luis vixit avitâ Sacerdotis dignitate  
Babylone, & ab Herode rege ad pon-  
tificias functiones Hyrcano suffectus,  
ac solenniter inauguratus præfuit us-  
que ad annum m. 4029. ante Chr. 24.

LXXI. JESUS filius Phabetis ob-  
tinuit pontificatum post Ananelum,  
sed eundem abdicare mox ab Herode  
coactus, cùm annum nondum expli-  
visset. Sic post Asmonæos jus nul-  
lum successionis fuit pontificibus, sed  
omne eorum munus pependit à regi-  
bus Idumæis, & Romanis prætoribus;  
nec aliter, quam vel favore, vel pecu-  
nize interventu hæc dignitas confe-  
rebat, & quidem non ad dies vita-  
les, sed definito annorum numero, qui  
ubiefluxissent, novas licitationes in-  
tutuvenire oportebat.

L 4

LXXII.

LXXII. SIMON filius Boethi cognomento Cantharas. Patria Ales- andrinus erat, & tantæ felicitatis, ut tres filios pontifices viderit Simonen scilicet Joazarum & Eleazarum. Pra- fuit laudabiliter per annos 21, usque ad an. m. 4050. ante Chr. 3.

Habuerat hic Simon filiam, quam Iosephus Mariamnam vocat, cuius mitra per ebritudine captus Herodes, duxit eam uxorem; & ne istæ nuptiæ judæorum regi parum dignæ viderentur, puellæ passim ad summi Pontificatus honorem evenientia Phapetis filio exauktorato.

LXXIII. MATTHIAS *Thuphili filius*, genere Hierosolymitanus, iuri cuius pontificatus anno secundo ex Virgine natus est Pontifex summus & æternus sacerdos simul & victimæ mundi salute CHRISTUS JESUS. Excidit autem Matthias suā dignitate ob suspicionem conjurationis contra Juda & Matthaia, quod aquilam ream templi deicere ausos, non prohibuisset.

*usq; ad an. mundi 4052.*

249

LXXIV. JOAZARUS datus est  
ab Herode successor Matthiae post du-  
os annos pontificatus; ab Archelao in-  
simulatus, quod cum seditionis fuisse, t  
pontificatu iterum exutus, vitam pri-  
vatum vixit.

LXXV. ELEAZARUS fratri in  
pontificatu ab Archelao surrogatus  
est, & quam facile dignitatem invenit,  
tam citò perdidit, anno officij sui  
tertio.

LXXVI. JESUS filius *Sia*: in cer-  
tum est, quam fortunā pontificatum ac-  
cepit vel amiserit; nam relegato ali-  
quanto post Archelao dignitas illa ad  
Iazarum filium *Boothi* rediit, penes  
quem duobus annis permanxit.

LXXVII. ANANUS sive Annas  
Zethi filius consecutus est pontifica-  
tum à *Quirino* (quem Lucæ historia  
Evangelica *Cyrenium* nominavit) eo-  
que ad satietatem ut loquitur Jo-  
lephus, perfunditus, amotus iterum est  
a *Valerio Grato*. Hic ille Annas in cu-  
jus domo Christus ab impio servo

L 5

alapā

250      ÆTAS VI. ab an. 174.  
alapâ percussus est: dictumq; ei est: /  
respondeat Pontifici?

LXXVIII. ISMAEL Fabi filius,  
qui annum integrum non expletiv.

LXXIX. ELEAZARUS accepto  
pontificatum à Valerio Grato, & tenet  
anno tantum uno.

LXXX. SIMON filius Canithi  
pontifex anno uno.

LXXXI. JOSEPH CAIPHAS s.  
cer Anani sive Anna, secundum co-  
putum Saliani, sed ut usque ad tempora  
Apostolorum, post Christi ascen-  
sionem Evangelium prædicantibus  
bus ipse quoque tanquam primarius  
& caput Sacerdotis præfuit. Nullo  
re celebrior extitit, quam vatici-  
nus, quod edidit de Christo, non ex vinci-  
fua, sed ex officio, cui Spiritus Sa-  
cra fitterat, & veritatem ex ore impii  
ferri docuerat: expedit, ut unius  
moriatur, quam ut pereat tota gens.

In hoc Caipha sistit Salianus, neque  
pontifices successores enumerat, co-  
jam extincta esset Synagoga, quamvis

*usq; ad an. mundi 40; 2.* 251  
dum penitus cum lege antiqua fuerit sepul-  
ta. Qui sequuntur pontifices, illi hoc or-  
done à Josepho, Nicephoro, & Zonara  
commemorantur.

LXXXII. JONATHAS, qui à Fe-  
lice Præside Romano per sicarios sub-  
latus est, eoquod avarè & improbè  
republicam administrantem, libe-  
ratus monuisset.

LXXXIII. THEOPHILUS ex  
beneficio Vitellij pontificatum fratris  
lenashe exceptit.

LXXXIV. MATTHIAS filius  
*Anani* pontificatum accepit ab A-  
grippa: vir fuit auctoritatis, qui in  
bello Judaico legatus ad *Simonem*, ut  
Zelotarum tyrannidem reprimeret.

LXXXV. ÆLIONÆUS Cithæi  
filius, suffectus est ab Agrippa in lo-  
cum Matthiæ.

LXXXVI. JOSEPHUS Caneiseu  
Camydæ filius, honoratus pontifica-  
tu ab Herode Rege Chalcidis.

LXXXVII. ANANIAS. infensis.  
Iamus hic fuit Pauli Apostoli persecu-

L 6

tor,

252 ETASVI. ab anno 374,  
tor, quem ad Cæsarem missum,  
cum aliis sacerdotibus consecutus  
est, ut per *Tertullum* oratorem gravi-  
ter apud *Felicem* accusaret. Deniq;  
bello Judaico, cùm pro optimatus  
partibus pugnâisset, fugâ ad Europam  
se abdidit, ubi comprehensus & im-  
teremptus est.

LXXXVIII. ANANUS II. dicitur  
etiam Ananias, erat audaciâ & fer-  
ciâ effreni plenus, & vesana saudâ  
cœorum dognata professus, ac tutu-  
tus palam. Hic S. JACOBUM Hiero-  
solymæ Episcopum falsò impre-  
tis condemnatum, judicum confo-  
concilio, in absentia *Albini* Praefiti,  
lapidandum objecit, sed propter hoc  
facinus ab *Albino*, qui post Pestis Pro-  
vinciæ præses factus, pontificatu ob-  
dicatus est; quam ignominiam cal-  
dè dissimulavit, & tam *Albini* gra-  
am, quam novum pontificem, &  
multitudinem populi, liberalitate  
devinxit, ut impunè post hac atroc-  
ribus adhuc sceleribus se obstringeret.

43.  
missum,  
consecutus  
premgrav  
t. Deniq  
optimatum  
ad Europu  
ensus & in  
S II. distin  
cici & feru  
ana Saddu  
is, ac tutu  
BUM Hoc  
sò impeta  
um coito  
ini Praefid  
propter hoc  
Pessum Pro  
tificatu ab  
niam call  
ibini gru  
ificem, &  
ralitate  
ac attritu  
obstring  
15.  
  
usq; ad an. mundi 4052. 253  
tet. Servos enim alebat, qui areas  
obabant, & sacerdotum decimas ra-  
piabant; quæ audacia eò excrevit, ut  
pertotam Judæam ab ipsis cognatis  
rapinæ exercerentur, demum in hel-  
lo Judaico à Zelotis & Idumæis, con-  
tra quos fortissimè diu pugnârat, seque  
urbemque defenderat, cum ingenti  
civium lanienâ & cæterorum pontifi-  
cum internectione ipse quoque inter-  
fetus est.

LXXXIX. JESUS *Damnei* filius  
surrogatus Anano II.

LXXX. JESUS *Gamalielis* filius  
post *Iesum Damnei*.

LXXXI. MATTHIAS ab  
Agrippa II. Pontifex constitutus post  
*Iesum Gamalielis*, quo tempore bellum  
ceptum adverrà Romanos, ipsi quo-  
que exitium attulit; nam digladianti-  
bus inter se intestinis cædibus *Simone*  
& *Iohanne*, à *Simone*, quem civitate  
donârat, perimitur.

LXXXII. PHINEES à Josepho  
PHANASSUS dictus *Samuelis* filius,  
Ulti-

ultimus Pontificum. Vixit vitam rusticā, & annis multis in rusticitate exactis, factus est Pontifex Maximus. Cū enim Hierosol: omnib' in pejus recentibus, plebs etiam pontificis creandi, jus sibi sumpsisset, & prioribus familijs abrogatis, rem sorti commisisset, Phinees casu hāc dignitate potitus popularibus votis in urbem pertulit, & inaugurate est. Quā nocte rei, & praeſertim cum valde nubibus esset tum sibi, tum bonis omnibus lachrymas excusſit. In hoc munere tam diu, licet invitus, retentus est, donec Hierosolyma capta in Romanorum potestatem deveniret: facta urbis, templi, Sacerdotij, summi Pontificatus, & totius populi excisione.

... 500 500 500 500 500 500 500 500

### S.3. Principes & Magistri tus Hebraorum.

**I**mpletur tandem Vaticinum Jacobī de non auferendo sceptro de iuda, donum regni, qui mittendus est: quamvis enim pater

variatu  
herint  
tamen  
sob juc  
luis è g  
nunc a  
Olymp  
Hyrca  
intelst  
potenti  
Roman  
Inde or  
truso,  
servitut  
tere po  
ce iuda  
calis,  
ficiatū  
animæ  
Iudaicū  
pediem  
suis pot  
Fuiſſ  
tum ha  
Idumæ  
us erat  
alic ort  
eandem  
rentur  
possessi  
vacio

vitam ru-  
rusticata  
Maximas,  
n pejus ru-  
fificis crea-  
rioribus fa-  
commissi.  
cate potius  
em penitra-  
Quā novi  
valderudis  
s omnibus  
oc muner-  
etentis est,  
i in Roma-  
iret: fidā  
summi Pou-  
cificatione.  
  
agistris  
  
in Jacobī  
ia, dante  
enim jude-  
rūs

rafatum gentium regibus sepius subjecti  
fuerint, & gemuerint sub jugo, huc usque  
tamen suis vivebant legibus, & institutis,  
sub judicibus, Principibus & Pontificibus  
suis, & gente sua, & è regno Iudaico electis;  
nunc autem anno m. 4017. ante Chr. 36.  
Olymp. CLXXXV. an. 4. urb. cond 716.  
Hyrcani pontificis 39 plus suis civilibus, &  
intelstinis bellis consumpti, quām exterorū  
potentiā attriti, Herodi, genere Idumæo,  
Romanorum armis & viribus, cum magna  
Iudaeorum clade, & plurimum invitis in-  
truso, obtemperare & servire cœperunt  
servitutem, cuius jugum nunquam excu-  
tere potuerunt. Mutata est tunc reipubli-  
ce Iudaicæ forma, & facta separatione du-  
calis, vel regiæ potestatis à summi ponti-  
ficatus dignitate, veluti soluta esset unio  
animæ cum corpore, sic ruit in interitum  
Iudaicum regnum, similius cadaveri pro-  
pediem eiçiendo, quām corpori vivo, quod  
suis potentijs animatur & gubernatur.

Fuisse autem Herodem alienigenam, cer-  
tum habetur ab antiquis Patribus, quia  
Idumæus; vel sicut Salianus scribit, Philistæ-  
userat. Alieni enim censebantur illi, qui  
alio orti genere, quām Jacobi: quamvis  
eandem cum Iacobis religionem seque-  
ntur, essentque judæi, non stirpe, sed  
possessione, quales erant Idumæi. De statu  
& na-

256    AETAS VI. ab anno 374.  
& natura , non de fide ac religione  
tur , si de alienigenâ discernendo quantu-

apud .  
nuit P  
Magn  
lanem.  
Quia in historia tum sacra , tum profana  
frequens mentio fit , Herodis ac Herodi  
næ familiæ cognatorum , videtur hoc loco  
stemmatis ordo , quo oriundi sunt , sub  
rendus esse.

*Familia Antipatri , è qua  
tori Iudeæ cum regio nomine in  
perarunt Herodes Magnus &  
Agrippa.*

**A**ntipater Idumææ praefectus  
imperavit ab *Alexandriam*,  
amicus exinde factus Arabum, Ca-  
zorum & Ascolonitarum : liber  
habuit *Antipatrum*, *Cephalionem*, *Se-  
lephum*. *Cephalion* in bello contradi-  
stobulum , *Iosephus* ab Herode inca-  
fectus est. *Antipater* retinuit pra-  
fecturam patris , & adhaesit Hyrcan  
cùmq; apprimegnarus esset emunus  
di subditos pecuniis, constitutus eti-  
Julio Cæsare procurator Galilee  
Nupta huic erat *Cypris*, familiâ illius

relicione apud Arabas nata, ex qua liberos genuit Phaselum, Herodem postea dictum  
tum pessimum, is ac Herodes. etur hoc locum  
et sicut ac Herodes. & San-  
knum.

### Herodis Filij.

Conjuges Herodi à Josepho &  
Zonara decem tribuuntur, quas  
simul habuit.

I. DORIS Idumæa, ex qua suscep-  
pit Anipatrum.

II. MARIAMNE Asmonæa, ex qua  
suscepit Alexandrum, Aristobulum, &  
Salamptionem.

III. MARIAMNE Simonis ponti-  
fici filia, ex qua suscepit filium He-  
rodem.

IV. MARTHACA Samaritis, ex qua  
suscepit Archelaum, Philippum &  
Olympiadem.

V. CLEOPATRA Hierosolymi-  
tana, ex qua suscepit Herodem Anti-  
pam.

VI. PALLAS, ex qua suscepit Pha-  
silum.

VII.

VII. PHÆDRA, ex qua suscepit filiam Salomen.

IX. & X. Uxor Herodis anonyma sunt: hoc constat tantum fuisse fratrem neptem ex fratre, & alteram sororem ejus patruelis; neque sibi oboles nulla ex his memoratur.

ANTIPATER filius primus Herodis, quem Doris peperit, ex filia Antigoni Asmonæi conjugé, suscepit filium **Antipatrum**, cui postea collocata est filia **Pherora**.

PHILIPPUS ex Martha matre genitus, in Matrimonium accepit **Herasdem**, neptem Herodis m. ex Aristobulo filio, & ex hac suscepit filiam **Salomem**.

Hæc SALOME cum adultera matre adhæsit Herodi Antipa, & illa ipsa mosa saltatrix fuit, quæ caput Iosephini BAPTISTÆ in præmium saltationis petiit instigante matre, & impetravit; ac suum deinde caput inter tandem, glacie palustri reseverum pænâ talionis reddidit.

OLYMPIAS ex *Marthacanata*, col-  
locata fuit *Josepho* filio *Josephi*, qui fuit  
*Herodis*, ex quo peperit filium *Io-*  
*sphum*, & filiam *Mariamnam* nup-  
tam *Herodi* regi Chalcidis.

HERODES cognomento ANTIPAS  
ex *Cleopatra* natus ( qui S. Joannem  
Baptistam interfici jussit ) duxit fili-  
am *Aretę* regis Arabum, quae mari-  
tum deseruit, & ad patrem reversa est,  
quod *Herodiadēm* incestuosi tori con-  
fortem tolerare non vellet ; de filiis  
procreatis ab eo nihil legitur.

PHASELUS ex Pallade natus, HERO-  
DIS filius ex *Marthaca*, & ARCHELAUS  
ex *Mariamna Simonis* filia genitus,  
non leguntur habuisse liberos; quam-  
vis valde credibile sit eos suscepisse  
quidem, sed mature iterum amisisse,  
ut memoria illorum nulla relicta sit :  
& quia plerique historici referunt He-  
rodem magnum in communi infantia-  
cidio etiam propriis filiis non peper-  
cisse, ut diceret Augustus: malle se Hero-  
dis porcum, quam filium esse ; colligere  
inde

260      **E**TAS VI. ab an. 3743.  
inde possumus, Herodis filios & nepo-  
tes annotatos in fastis non esse, nec  
multos posteritati innotuisse.

Roxane Pheroræ fratris Herodis  
filio copulata est ab Augusto Cæsare,  
cum dote 25000. coronatorum ; de  
prolibus nihil habetur.

**P**osteritas *Alexandri filii*  
*Herodis ex Mariamna.*

**A**LEXANDER ex Glaphyra Archelai  
regis Cappadocum filia liberos  
suscepit *Alexandrum* & *Tigranum*. *Ti-*  
*granes* vixit aliquamdiu obles romæ &  
à Nerone Imper. regno Armenie do-  
natus est : sed non diu retinere potuit,  
à *Vologete* rege Parthorum expulsa.  
Nihil de ejus progenie habetur.

ALEXANDER ex *Iotape* Antiochii  
Commageni filia suscepit filium et-  
am *Tigranem* dictum, & eodem regno  
Armenio, quo Patrius fuis à Vespasianio Imper. donatus : sed æquè ab  
eo spoliatus est.

P. 26.

Posteratus Aristobuli alte-  
rius Herodis M. filij ex Ma-  
riamna.

A RISTOBULUS ex Berenice filia Sa-  
lomes ( quæ fuit soror Herodis,  
illi non dissimilis, & genio & mori-  
bus, ideoque charissima, & per testa-  
mentum ejus facta locupletissima )  
suscepit Agrippam, Herodem, Aristobu-  
lum & Mariamnam.

AGRIPPA rex factus judæorum &  
cognomento *Magnus* dictus, Jacobi  
junioris intersector, ex *Cyprione PHA-*  
*SELI* junioris filia sustulit liberos *A-*  
*grrippam, Drusum, Berenicen, Mariam-*  
*nam, Drusillam.* AGRIPPA successit in  
regno. Berenice desparsata est *Mar-*  
*to, Lysimachi filio, & post illius mor-*  
tem Herodi patruo, regi Chalcidis.  
*Mariamne* nupta Archelao *Chelcia*  
filio, peperit *Berenicen*: postmodum  
juncta *Demetrio*, ex eo genuit *Agrip-*  
*pinum, Drusus ante pubertatis annos*  
mor-

mortuus est. Drusilla nupta est Antiocho Epiphani Commageno, & post hunc Claudio felici, ex quo genuit Agrippam, qui jam adultus perijt cum uxore in incendio Vesuviano.

Ab Historicis alij adhuc propagantur è regia Herodis familia, quos longum nimis referre. Plerique Herodiani stemmatis magno honore & favore habiti sunt à Romanis, & vel regnis donati vel amplissimis præfecturis tetrarchiis, & dynastiis in Trachonide, Batanea, Chalcide, Lysania &c, præpositi.

*Vita ac Tyrannidus Herodis cognomento Magni Synopsis.*

**H**eroes natus anno m. 3981, ante Christum. Patre Antipatro Idumæo, vel Salianus sentit, Ascolonita, id est Philistæo. Non ad ignaviam, sed ad res andigerendas à patre suo excutus est, qui cum omnia in Judæa posset, haberetq; Hyrcanum ad beneplacitum obsequenter in omnibus, Anno m. 4008. Phaselum Hierosolymæ & circumiacentibus regionibus, Herodem

usq; ad an mundi 4052.

263

rodem autem natu minorem Galilææ præfestum constituit, quâ ille occasione non luxus aut ignavia, sed virtutis exercendæ usus est. Nam Ezechiam prædonem comprehensum, cum sociis Judæis supplicio affecit. Frater etiam Phasælus Hierosolymis ita sibi omnium animos conciliavit, ut Antipater regis instar à tota gente coleretur. Nudus factum est, ut optimates patrem cum filii apud Hyrcanum de tyrannide & ambitu accularent. Itaque Hyrcanus Herodem evocat ad causam dicendam de cæde prædonibus illatâ: adeo vocatus Herodes, sed forti militum manu stipatus & litteris Præsidis munitus, ita accusatores suos teruit, ut elingues reddiderit, & incolumis dimissus fuerit. (Sane à viro bono & cordato excepto, qui Herodem audaciæ ac violenter constanter accusare perrexit) & factus ad hæc insolentior, clam ad Syriæ Præsidem abiit, ab eoque empta Cælesyriæ præfaturâ, iratus cum exercitu venit Hierosolymam. sed patris ac fratri occursum inhibitus, & urbem terruisse contentus, discessit.

Anno m. 4011, irrumpit in Judæam, & seditione ortâ Hierosolymis Antigonum filium Aristobuli è Judæa expellit, atque Hierosolymam reversus magno cum honore exceptus, despondit sibi uxorem Mari-

annam

amnam filiam Alexandri filij Aristobuli, & Hyrcani neptem, licet antè Doridem Idu-mæam duxisset uxorem, jamque ex ea Antipatrum suscepisset. His rebus geltis, & artibus C quibus semper summa felicitas conjuncta erat) ad Judææ regnum ascendit,

Anno enim 3014. Pacorus Parthorum rex cum valido exercitu in Palæstinam progressus, Antigonum regem postquam Hierosolymæ creasset, Phaselum & Hyrcanum in vincula conjectisset, Romanum confugit tantumque odium in Antonio & Cæsare contra Antigonum, tanquam hominem turbulentum, ac Romanis inimicum accen-dit, ut convocato senatu, Antigonus Ro-manorum hostis, & Herodes rex Judææ declararetur, & inusitatis honoribus mediis inter Antonium & Cæsarem in Capitolium deduceretur toto consulum, Senatorum-que ordine comitante. Inchoatum itaque tum est regnum Herodis, aut jus saltē regnandi Romæ acquisitum.

Sic regno donatus à Romanis intra sep-tem dies Ptolomaïdem appulit, collecto-que milite per Galilæam, Iosephum fra-trem obfessum in castro Massada liberavit statimque Hierosolymam obfessurus advo-lavit cum Silone; hic autem pecuniâ cor-ruptus ab Antigono causabatur commenda-in opiam: cui mox Herodes abunde pro-yidit.

vidit. An soluta tum fuerit obsidio, an  
verò continuata, incertum est; probabilius  
soluta ad tempus videtur, sic postulantibus  
negotii **Siloni**, ejusque corruptela. Brevi  
post an. m. 4016. fortissimā obsidione pres-  
um Hierosolymam occupavit, & Antigo-  
num, desideratissimam prædam, in manus  
has Asmonæi cruoris fitientissima hyæna  
acepit, obtinuitque precibus intensis ab  
Antonio, ut fuerit Antiochiæ vel securi-  
peratus, vel ut alij memorant, in cru-  
cem actus & strangulatus. Explevit dein  
de tyrannidis suæ rabiem in optimatibus  
quibusvis tollendis, & solio suo firmissimis  
prædiis communiendo curam omnem &  
artem impedit.

Rebus ita fluentibus Alexandra mater  
Mariamnæ effecit, interpositis potissimum  
Cleopatræ precibus, ut ab **Ananelo** pon-  
tificatum in Aristobulum transferret: con-  
igit autem, ut, quod à mulieribus invito  
Herodi extortum fuerat, & beneficium esse  
credebatur, fieret mox semen multarum  
adversitatum, vexationum & injuriarum.

Incepit enim ex eo tempore Herodes  
Alexandram socrum suam & Aristobulum  
Pontificem adeò vexare, agitare & afflige-  
re, ut per observatores importuno sulpici-  
anquies daretur. Quare mulier sibi ac si-  
lio aliquid gravius verita, fugere cogitat

M

ad

ad Cleopatram, à qua benignè invitabatur. In hunc finem duas sandapilas parare per indices Herodi patescunt, deprehenduntur in fuga, verbisque tantum increpantur, diligenterum imposterum custodiuntur, ne offendetur Cleopatra, cuius iram, furor Dei magis, Herodes reformidabat.

ignes interim doloso occultans cinerent usque in festum Scenopegia, ipso eodem quo Aristobulus adeo decenter cæremonie as obiit Pontificis munere perfunditus, ut in se omnium oculos converteret, scelus peragere instituit, quod dudum meditabatur. convivio enim apud Alexandram exceptum, atque remotis epulis ab adolescentibus ad vicinas piscinas, fervente sole, invitatum Aristobulum, dum inter se in aqua collidunt, tamdiu à nebulonibus corrupti subter aquas teneri jussit, donec animam efflasseat. Voluit quidem crocodilus crudelis lachrymis & magnificentissimo fure se purgare: at verò Alexandra id egi apud Cleopatram, ut facti hujus ratione coram Antonio reddere debuerit Herodes pecuniā tamen & artibus suis absolutus effecitque apud Antonium, ut Cleopatra rebus suis non amplius implicaretur: prorsim, quia Antonius & Cleopatra paulo post pugnā Aetiācā interierunt. Tunc em

è invitaba  
pilas parat,  
ferretur, sed  
deprehendit,  
in incipiti,  
diuntur, ne  
iram, furore  
bat.

Tans cinere  
ipso eo die,  
caremonia  
perfundit, ut  
eret, scelus  
meditata  
xandram ex-  
ab adolescentia  
ente sole, in-  
ter se in aquis  
bus corrupcio-  
nem animam  
codilus cru-  
ntissimo fu-  
andra id egi-  
jus ratione-  
rit Herodes  
absolutus ei-  
ut Cleopatu-  
aretur: prae-  
opatra paulo  
t; Tunc em-  
rc

versipellis vaferrimè vela sua convertit ad  
captandas Cæsareæ gratiæ favonios: quos  
ita fraudulenter captavit, ut supplex factus  
Calari etiam posito ad pedes diadema te,  
codemque Cæsareis manibus recepto, ma-  
iore gloriâ redierit in Judæam, quam ti-  
more recesserat.

Tam secundi successus in dies magis effe-  
runt Herodis animum: redux enim à Cæ-  
sare furere iterum cœpit, artificiosè tamen,  
& dolosè sub larva iustitiæ; atque ut Ma-  
riamnam conjugem suam tolleret è vivis,  
Sobrium eunuchum reginæ tormentis ad-  
hibitis eò adegit, ut æquo majorem fami-  
liaritatem cum Mariamne habitam menda-  
citer fateretur; quare & ipse necatus, &  
Mariamne adulterij suspecta ac beneficij rea-  
per improbum Herodis senatum damnata,  
& interempta est. Ex cuius tamen morte  
tantum postea doloris hausit, ut morbum  
contraxerit; qui cum Alexandræ videretur  
fatalis, ipsa quoque ea agere cœpit (utpo-  
te multum ab Herode alienata) quæ mor-  
tuò eo agere modò debuisset. Quare illi-  
co & ipsa pænas dedit improvidæ provi-  
sionis, & imperfecta est: Herodes verò ve-  
luti ex sanguine Asmonæo crudeliter fuso  
vires suas reparasset, convalescit, & quo  
sanguinis plus potavit, plus adhuc fitivit.  
Uno anno, qui erat an. m. 4028, quicquid

M 2

erat

erat ex cognatione Hyrcani, & Hassamo-  
næorum, sustulit: Costobarum Idumæum,  
cui sororem suam Salomen uxorem dede-  
rat, orto inter eos iurgo, interemit: sicut  
& Dositheum, Antipatrum, Lysimachum,  
ab hac impia ex technis, dolisque fabricata  
Salome conjurationis accusatos, sanguini-  
nariâ internecione delevit, putavitque felici-  
cem se regem esse, si ab omnibus tyran-  
nus haberetur.

Conatus tamen est, rebus quoque ad spe-  
ciam bene gestis, tyranni nomen nonnihil  
mitigare, ut semper timorem inter & amo-  
rem dubium populum suspenderet. Hinc  
anno m. 4029. cùm fames ingens pesti con-  
juncta Palæstinam affligeret, è sua supelle-  
ctile aurea & argentea vasa misit in Aegy-  
ptum & ad Petronium, ut rei frumentariz  
provideret; utiliterque providit, ac odium  
sui conciliatâ aliquâ benevolentia tem-  
peravit.

Et quia Principis magnificentia, & libe-  
ralitas catena aurea est ad animorum affe-  
ctus devinciendo: ideo ut Augustum &  
Agrippam benevolos sibi compararet, uno  
anno 4030. duas magnificas ædes extru-  
xit, unam Augusto & alteram Agrippæ, Ca-  
faream & Agrippam dictas: condidit etiam  
templum in honorem Augusti unum Sama-  
riæ & alterum ad fontes Jordanis.

Post

Postquam varia delubra, officinas idolorum, & impias aras diversis in locis in veri Dei contemptum Principibus Romanis erexit, et jam ad templum veri Dei Hierosolymis se convertit, & illud (ex parte saltem aliqua) restauravit: de qua reparatione inter memorabilia hujus aetatis. Neque tamen ab hoc ipso pietatis & verae religionis sacrario absuit Herodianae impietatis & hypocrisis publicum monumen-  
tum. Ut enim palam faceret, cuius honori augendo id fecisset, aquilam auream, Romani Cæsaris insigne, supra portam majorem templi collocavit, quæ deinde magnorum turbarum origo fuit: cum enim an. m.  
4052. falsus quidam rumor increbuisse de morte Herodis, à Doctoribus suis excitata  
juventus aquilam detraxit, & securibus condidit: cuius rei nuncio per adulatores ad Herodem delato, emissa cohorte quadraginta juvenes comprehendendi, & cum se patatos ad mortem ostenderent, constanter que factum suum tanquam gloriosum jactante pergerent, Jerichuntem vincitos abduci iussit, cumque his auctores facinoris Judam & Matthiam, flammis adjudicatos, vi-  
vos concremavit.

Potuit vulpes astuta simulata adulationis blandimento suavissime demulcere & capere eos, quorum favore indigebat.

M 3

Agrip.

Poli.

Agrippam degentem Sinope officiosâ visitatione ita cepit, ut in omnibus urbibus Joniae multa privilegia Judæis concesserit in gratiam Herodis: atque inter cetera quartam partem vestigium remiserit, pax gaudio Herodis, quam Judæorum utilitate; & quanquam dedisset aliquando causam Augusto excandescendi, quia anno 4048. ausus fuisse extra regnum suum in Arabiam irrumpere, & armata manu latronum castellum occupare interfecit duce; illa tamen Imperatoris ira ultra minaciam literas non processit, neque sufficiebat ad tyrannum compescendum, ut non pergeret esse leo indomo sua. Ob frivolas namque conjecturas an. m. 4050. florentissimos adolescentes regios, Alexandrum & Arisobulum ex Mariamne suspectos filios neci addixit, misitque Tyrum, & inde Sebaste, ubi strangulati sunt ambo, & in Alexandria sepulti, matris suæ Mariamnes innocentia & calavitatis hæredes infortunati.

His sublati Antipater jam hæreditatis securus, filiis Mariamnes exterminatis, expere, quam exspectare maluit regnum Iudeorum. Quem in finem potentissimum venenum ad patrem necandum per Batholomum libertum submittit, Romæ tunc apud moratus apud Cæsarem, ut ab omni suspicione esset remotior. Verè serpens dolores

Anit-

Antipater, quem in sinu suo fovit Herodes fortum suo genitori non dissimilem. Si unquam aliis sacerdotibus potuit nunc sacerdote in Antipatrum accusatum, convictum & sententiam reum attentati parricidij: sed distubet tantisper ultionem, ut in ipsa morte sua adhuc haberet unum ex natib; suis, quem malediceret.

Cunctabundus ad plectendum sceleratissimum parricidam, mox velocissimus fuit ad effundendum sanguinem multorum milium infantum innocentium, quos ambitioni & furori suo immolavit. Immane infanticidium contigit, non biennio post factam a Magis adorationem Christi, ut aliqui putant, sed quamprimum se illusum sensit a Magis, qui de invento novo rege Judæorum non renunciârunt.

Hoc demum diluvio sanguinis innocenter, quo Bethlehem & tota Iudea vicinia, mixtis maternarum lachrymarum fluentis, penè suffocabatur, gestivit tyrannus novissimè bacchari, qui totus jam sanguine suorum exhausto ebrius erat. Verum opera pretium erit, inquit Eusebius lib. 1, histor. c. 8. intelligere, qua merces crudele facinus contra Christum & pueros ejus aequalis admissum subsecuta sit, & quo pacto statim post ne minimâ quidem interpositâ dilatione divina ultiunum exagitataverit.

Morbos varios & gravissimos enumerat Josephus: lento calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quam intus viscera popularetur. Aderat & vehementis voracitas, cui necesse esset continuè cibos suggestere, simulque vexabatur intestinorum exulceratione & colicis doloribus; pedes tumebant phlegmate humido & pellucido; similiter & inguina, ipsa quoque verenda putrefacta scatebant vermis cum molesta tentagine & fetore gravissimo: super haec omnium nervorum contractione laborabat, & anhelitus difficultate. Inter hos tamen cruciatus mori citò non potuit, quamvis jam vivus sepeliretur corosus à vermis, quos generat: & sicut fuit immanitatis libidinisque prodigium, sic tormentorum factus est portentum, ea passus, quæ votum mortis facerent. Ne tamen siccâ morte occumberet in leto, quinto die antequam decederet è vivis, iubet prius Antipatrum in carcere detentum perimi, & posthunc nobiliores Judæorum minaci edicto convocatos conclusit in circo, unde exire & evadere non possent, & sororem suam Salomon, ejusque virum Alexam ad lectum suum accitos infimis precibus ac lachrymis exorare aggressus est, ut cum primùm animam exhalasset, tantisper eius morte celata, eam omnem multitudinem

nem immisso milite trucidarent, ut sic publico luctu honoraretur, omnibus per totam ultionem non fide lugentibus. Exspectatione tamen sua frustratus est helluo sanguinis humani, totum facinoris reatum secum tulit ad inferos ipso facinore non perpetrato. Evomuit turpissimam animam, cū annos etatis 70. regni 40. explevisset.

Elogij ejus compendium sic habet: Herodes ortu Idumæus, educatione Ascalonita, cognomento Magnus, impietate in Deum, crudelitate in homines, & vitijs omnibus maximus. Religione foris fuit Proscelytus Judæorum, intus eam coluit, quam prescrispit ambitio; Messiam Dei filium ad necem quæsivit, dein infanticida factus immanis, et si potuisset Deicida futurus. Pontifices alios insidiis circumventos suffulit, alios dejecit; Scribas, Pharisæos, Sacerdotes, quos inter etiam Zacharias pater Joannis Baptista refertur, interfecit, Davidis sepulchrum suffodit. Vir totus mulierosus, novem eodem tempore, præter nefandas delicias, uxores habuit, quarum duas expulit, tertiam cum matre & duabus ex ea susceptis filiis necavit, & paripenâ patrum & primogenitum filium, magnamque domesticorum partem multatavit. Foris in præliis fortis, & felix, sed domi calamitosus, morborum suppliciis

M 5

ex-

excruciatus, mortem, quam suis met sibi  
manibus carnifex æquè sui ipsius ac alio-  
rum, inferre conatus fuit, ab exquisitissi-  
mis tortoribus morbis sustinere & exani-  
marie debuit,

**Ethnarchæ & Tetrarchæ**  
*Iudeæ constituti post mortem  
Herodis.*

**A**RCHELAUS per dies septem  
luctu parentis celebrato, & in  
fine luctus funebris epulo multitudi-  
ni præstito in templum ascendit, &  
quamvis faustis acclamationibus, qua-  
cunq; transiret, exciperetur; à regis  
tamen nomine & diademate abstinu-  
it, donec fieret à Cæsare testamenti  
paterni confirmatio. Itaque hanc ob-  
tenturus, profectionem Romam parat  
cum Philippo & Antipa, aliisq; de re-  
gia familia & amicis; ubi ita res or-  
dinata est ab Augusto, ut imposterum  
Iudeæ in tres partes, & dimidia pars  
paternæ possessionis cederet Arche-  
laō; neque ille imposterum rex, sed

ETHNAR.

ETHNARCHA esset; alterum dimidium  
*Antipas & Philippus* Herodis filij par-  
 tinentur, & hos voluit TETRARCHAS  
 appellari. Occasionem hujus divisio-  
 nis Augusto præbuit dissidium trium  
 fratrum Archelai, Antipæ & Philippi  
 pro regno paterno integro litigan-  
 tum coram Cæsare & mutuis crimi-  
 nationibus semetproscindentium; ita-  
 que vel ut tres principes hos simul  
*Augustus* sibi demereretur, vel ut sin-  
 golorum diminutione suæ Monar-  
 chia consuleret, in tres partes re-  
 gnum divisit.

ARCHELAUS Ethnarcha dedit  
 litteris & disciplinis optimis Romæ  
 operam: à parentis crudelitate haud  
 multùm degener; cuius specimen de-  
 dit, quando defuncto parente sub fe-  
 stum Paschatis concitata est seditio ab  
 amicis eorum, quos propter concisam  
 aquilam auream Herodes supplicio  
 afficerat, simulque convitia in defun-  
 ctum regem jactata; quos dum Ar-  
 chelaus frustra placare conaretur, res

eo

ÆTAS VI ab an. 3743.  
eò processit , ut sub festum Paschæ  
immisso ab Archelao exercitu ad tria  
millia circa templum perirent. De  
qua crudelitate à fratribus suis Romæ  
accusatus tyrannidis , regium nomen  
& diadema non obtinuit : relicta ta-  
men spe,id non denegatum iri, si im-  
posterum regno se dignum exhiberet.  
Quod facere adeò neglexit, ut potius  
novâ tyrannide sœviret. Addidit  
quoque crudelitati incestum: nam re-  
pudiata *Mariamne* conjugé, viduam  
Alexandri fratri *Glyphram* duxit,  
quod novæ accusationis apud Cæsa-  
rēm crimen fuit ; quamobrem in exi-  
lium deportatus est Viennam Galliæ  
anno regiminis decimo , ibique exul  
mortuus, & facultates ejus fisco cel-  
sere, & incepit verum esse : non ha-  
bemus regem , nisi Cæarem . Provin-  
ciæ enim subditæ per Præsides dein-  
ceps administratæ sunt, è quibus Pon-  
tius Pilatus postmodum Christum ad  
crucis supplicium condemnavit.

PHILIPPUS filius Herodis Te-  
RA.

TRARCHA Gaulonitidis, Trachonitidis, Bataneæ, & Paneadis, magnam justitiæ, moderationis & clementiæ laudem tulit è sua Tetrarchia, cumque fugeret turbas bellicas, & studia tranquillæ pacis foveret, condidit Cæsaream ab ipso Philippo cognominatam, & Bethsaidæ oppidulo multis præclarisq; ædificiis exornato & amplificato Juliadis nomen dedidit. Fuit in magistratu annis 33. & obiit an. m. 4086. à Christo nato 34. Illud maximè memorabile reliquit, quod in jure dicundo tam fuerit sedulus & promptus, ut, cum iter faceret, sellam, in qua causas audiret, secum duxerit, & si quis forte ex occursu opem ejus invocaret, sine mora sellam ponere juberet, federetque, aut sotem damnaturus aut innoxium liberaturus.

HERODES ANTIPAS TETRARCHA Galilææ & Perseæ: hic filiam Aretæ regis Arabum repudiavit, ut duceret Herodiadem uxorem Philippi

pi fratri*s*ui , cui propterea *Aretus* bellum intulit, ejusque exercitum interne*cione* delevit, sed pace, Cæsar*is* inter*ventu*, iterum firmat*a*, adeo ad frugē non rediit, ut *Johannem Baptistam* idem nefas arguentem, primum car*cere*, deinde capite mulctar*it*. Jamque maleficijs ac dolis assuetus etiam Christum opprimere insidiis studuit: ideo in Evangelica historia vulpes à Christo nominatur. Demum etiam à Pilato missum vidit, & cùm ostenta*ab eo* , ceu mago aut circulatore frustrà exspectasset, contumeliosè habuit. Cæterà vir fuit industrius & gnu*vus* in rebus gerendis; condidit urbem Tiberiadem ad lacum Genezareth; ampliavit ingenti sumptu Auto*cratoridem* & Juliadem urbes. Pro*fectus* Romam ad Tiberium, ut regiam dignitatem & nomen obtineret, quemadmodum propinquus ejus Agrippa obtinuerat, dum commenda*re* se laborat Cæsari, contra spem interrogatus est de con*spiratione* cum

Par-

Arctas  
tum in-  
Cæsar is  
ideo ad  
aptissam  
im car-  
Jam-  
s etiam  
studuit:  
ulps à  
etiam à  
enta ab  
ore fru-  
e habu-  
& gna-  
dit ur-  
Geneza-  
1 Auto-  
Pro-  
ut regi-  
tineret,  
ejus A-  
mmen-  
a spem  
ne cum  
Par\*

Partis, & de apparatu armorum, cu-  
jus per *Fortunatum* ab *Agrippa* missum  
codem tempore accusabatur, & co-  
ram Cæsare convincebatur; ideo ceu  
hostis Imperij Romani in exilium  
Lugdunum deportatus est, & Tetrar-  
chia ipsius Agrippæ commissa.

*Antipas* accipiendo Herodiadem in uxo-  
rem, tripliciter peccavit: primò adulterio,  
quia vivo adhuc Philippo eâ usus est;  
Philippus enim mortuus est modò anno 20.  
Tiberij, Joannes autem prædicavit anno  
15. Tiberij, ergo vixit adhuc Philippus. Se-  
cundò peccavit incestu: non enim licebat  
fratri ducere uxorem fratris, si ille reliqui-  
set prolem; permittebatur id tantum in  
lege, si sine prolibus discessisset, Philippus  
autem prolem habebat scilicet saltaticem  
illam, cui donavit Herodes caput Joannis.  
Tertiò peccavit raptu: cùm enim Philip-  
pus esset vir lenitatis & modestiæ, à qua  
Josephus illum commendat, & Herodem  
Romam proficiscentem liberaliter exce-  
pisset, & hospitalitatis beneficiis prolixè  
illum coluisse, gratiarum vice hoc retulit,  
ut uxorem in redditu raptam secum deinceps  
tineret,

## AGRIP.

AGRIPPA Aristobuli & Berenice  
filius, nepos Herodis magni per varios  
casus exercitatus est variante fortunâ.  
Cùm Romæ, ubi puer annorum octo  
educari cœpit, in juvenilibus annis vi-  
tæ lautioris cultu & prodigalitate in  
Cæsarî Tiberii libertos, ad inopiam  
redactus esset, gratiâ insuper excidi-  
set, in Judæam regressus & à credito-  
ribus acerbissimè vexatus est: ab A-  
grippa tamen non modicis subsidii  
iterum sublevatus, & Tiberiadi Prä-  
fectus constitutus est. Mox tamen  
in offensam incurrit apud Tiberium  
propter immodicum studium in Ca-  
ligulam, quem demortuo Tiberio  
mox Imperatorem fieri publicè ex-  
optare auditus fuerat. Ideo per se-  
mestre in vinculis conservatus, donec  
interveniente morte Tiberii à Cali-  
gula solutus, & Philippi & Lysanæ  
Tetrarchiis cum regij nominis digni-  
tate honoratus est; à quo etiam cate-  
nam auream, quæ ferream (quâ  
vincitus à Tiberio fuerat) pondere

æqua-

xquaret, dono accepit. Non multò pōst etiam Antipæ ditione au&us, & alias, quas avus Herodes magnus tenuerat provincias, Judæam, Samariam, Abelam Ciliciæ partem, Comagenem recepit. Ideò Deo Patrio pro tanta prosperitate gratias exhibitus catenam auream à Caligula donatam in templo Hierosolymitano pro anathemate suspendit. Urbem etiam ipsam tanto apparatu munire aggressus est, ut Imperatori propterea suspectus fieret: neque destitit gentem suam beneficiis demereret: utque religionis zelum excitaret inter suos, *1a. tobum* Apostolum *Ioannis* fratrem interfecit, Apostolos alios cecidit & eicit. Demum prosperitate nimia elatus, cùm magnificos ludos Cæsareæ in salutem Cæsaris celebraret ob vestis aureæ splendorem, quā radiabat, infantientis populi adulatoriis vocibus Deum se salutari permisit: sed derepentè ab Angelo Domini percussus est, ut paulò post à verinibus ero-

sus

282      **ÆTAS VI.** ab an. 3743:  
sus extingueretur. Nec regnum ejus  
Agripæ juniori, vel aliis ex posteris  
mansit, sed in provinciam iterum re-  
daatum est.

Sic tandem Herodianæ familie po-  
testas, regius ac principalis honor, &  
tyrannorum furor dissipatus evanuit,

— 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 —

## REGNUM GRÆCO- RUM, MONARCHIA TER TIA.

**§. 4. Monarchæ Graci, qui**  
*imperarunt ab Anno m. 3743, ante*  
*Chr. 310, usq; ad annum mundi 4052,*  
*qui fuit initium era Chri-*  
*stiana.*

**T**am tredecim annis post mortem  
Alexandri pugnatum erat inter du-  
ces ejus, cum Imperii Alexandrinii  
cruenta dilaceratione, jamque leonis  
mortui relikti catuli feroce regno-  
rum prædatores mutuis sese lanienis  
consumperant\* **MELEAGER** in primis  
tut.

turbis contra *Perdiccam*, oppressus est  
Ducum Alexandri clarissimus atque  
potentissimus (penes quem reges Ma-  
cedoniæ, *Aridaus* & *Alexandri* filius  
cum regiis copiis erant) à suis Mace-  
donibus, adversæ fortunæ eventibus  
irritatis, duce *Pythone*, qui unus de pri-  
mariis Alexandri amicis erat, noctu in  
tentorio suo obtruncatus est \* CRA-  
TERUS & NEOPTOLEMUS, *Alexandro*  
charissimus, *Eumeni* adversantes & in-  
dignum rati corrivali obtemperare,  
primo insidiis, mox apertâ vi obsti-  
runt, *Neoptolemus* quidem singulari  
certamine in acie cum *Eumene* con-  
gressus, ab eodem occisus, *Craterus* au-  
tem ab equo cespitante excussus, in  
confuso equitum globo proculcatus,  
ignotus occubuit. \* ANTIPATRUM  
multum auctoritate, populorum fa-  
vore & armis potentem senium &  
morbus in lecto confecerunt. \* EU-  
MENEM virum fide ac fortitudine præ-  
stantem, & regiæ familiæ, quam *Per-*  
*dicastuebatur*, addictissimum, diu in-  
fen-

fensissimè ANTI PATER, CASSANDER filius *Antipatri*, & *Antigonus*, quibus poterant viribus apertis & dolis occultis persecuti sunt, & Antigonus tandem nefariè à propriis militibus proditum, & luctuoso spectaculo armis exutum, manibus post tergarevinetis in hostilia castra pertractum, suam in potestatem accepit, & ut trucem belluam primò triduanā inediā maceratum, ferro tandem mactavit, resq; ipse suas per se agere continuavit.\* *NICANOREM* victoriā contra *Clitum* navalī prælio obtentā nonnihil elatum, & præsidio suo confisum *Cassander* (quanquam optimè de se meritum ducem) dolo intercepit & peremit.\* *ARIDÆUS* idem, qui *PHILIPPUS* ex *Phyllina* concubina *Philippi*, frater *Alexandri* suam & conjugis suæ *Euridice* bellicosæ mulieris cædem, debet *Polypercontis* quem *Antipater*, invito *Cassandra* filio, Macedoniæ curatorem, cum summa potestate reliquerat) & *Olympiadis*, matri *Alexandri*, crudeli fœni-

feminæ; *Polyspercon* enim juncto sibi  
vicit à Epirotarum rege, apud quem  
*Olympias* dudum versabatur ad redu-  
cendam in Macedoniam *Olympiadem*,  
contra *Aridaum* & *Euridicem* eduxit  
exercitum, iamque castra castris op-  
posita stabant, & desertus à Macedo-  
num copiis *Aridans* cum *Eurydice* ca-  
ptus est; quos *Olympias* comprehensos  
primo in tetro carcere truculentis  
modis affixit, deinde *Aridaum* sagit-  
tis à Thracibus configi jussit; *Eurydi-*  
*ce* autem gladium, laqueum & cicu-  
tam misit, ut quā morte perire mallet,  
eligeret: quæ similia dona *Olympiadæ*  
precata, zonā suā usa pro laqueo vi-  
tam finivit. Nec *Olympias* sic cædium  
finem fecit: cùm enim *Cassandra*  
odisset, qui *ARIDÆO* & *EURYDICE* fa-  
verat, & hostis erat *Polysperconis*, à  
quo in regnum fuerat restituta, *Ni-  
canorem* *Cassandi* fratrem necavit,  
tum de *Cassandi* amicis centum præ-  
stantissimos Macedones elegit, quos  
omnes trucidavit, Recepit tamen &  
ipsa

ipsa Olympias ab occisorum propinquis mercedem suam : qui furiam à Cassandri exercitu Pydnâ , quam ipse copiis suis obsederat , Amphipolim fugientem & parantem pro se causam suam dicere in cætu Macedonum, vindice furore aggressi jugulârunt.

Cædibus hisce multo Heroum sanguine mixtis, atque peractis, ex Alexandri ducibus supererant, ( quos tempestas bellorum nondum in sanguine submerserat ) PTOLOMÆUS LA-  
GI Rex Ægypti, CASANDER, ANTI-  
GONUS, LYSIMACHUS & SELEUCUS. Cas-  
sander nullum non audax, impium &  
crudele facinus perpetrabat, ut solus  
dominaretur, qui ideo æmulum am-  
bitionis suæ *Alexandrum* adolescen-  
tem, unâ cum *Roxane* matre à Glau-  
cidae Præfecto obtruncari, & bi-  
ennio post superstitem quoq; *Hercu-*  
*lem*, *Alexandri* ex *Barsina* filium à  
*Polyperconte*, pupillum scilicet à tu-  
tore suo, interfici jussit. De Cassan-

dro

totan

everi

ipse

morb

erum

estab

famil

in d

tribu

mog

tum

ante

est.

matr

obtru

inter

matri

trio p

tuor

tota

e

dro ita scribit Pausanias. Cassander totum Alexandri domum funditus evertere contendit, quâ eversâ nec ipse fortunatus è vita discessit. Ex morbo enim aquæ subter cutem fusæ, erumpentibus ex vivente vermbus, extabuit, sed & gladius, quem ille in familiam Domini sui strinxerat, Deus in domum ejus convertit. Nam ex tribus filiis, quos post se reliquit primogenitus Philippus mox post obitum patris, qui contigit an. m. 3755. ante Chr. 298. tabe consumptus est. Antipater secundogenitus (qui matrem Thessalonicam propriâ manu obtruncaverat) à Lysimacho socero interfectus est. Tertius Alexander matris cædem vindicaturus à Demetrio pereemptus est, sicque inter quatuor annos scelerati hominis familia tota extincta est.

Sed & Antigonus non mitior in sanguinem Alexandri, ut, quidquid superesset, totum funderet, desæviit, astu ambitionis efferratus. Cleopatram enim

288      *ÆTAS VI ab anno 3743.*  
enim sororem Alexandri, filiam *Phi-  
lippi*, Antigonus è vivis sustulit amo-  
re in furorem converso, quia postha-  
bitis, Lysimachi, Cassandri, & Anti-  
goni, fortissimorū procorum nuptiis,  
in Ptolomæum, qui & ipse sponsam  
regiam cum regno procabatur, pro-  
pensior erat, & ad illum deportari ab  
Antigono, in cuius potestate erat, ar-  
dentiū flagitabat.

**I**mperium Græcorum auspicatur  
Iortum suum anno m. 3743. ante  
Chr. 310. Olymp. CXVII. an. 4. urb.  
cond. 442. Ptolomæi Lagi & Oniæ  
Pontif. 14. quo anno recuperata Ba-  
bylone *Selucus* dominari cœpit, &  
neminem superiorem agnoscere: quid-  
quid *Antigonus* contrâ moliretur &  
grassaretur cum conjuratis.

**I. SELEUCUS I.** Græcorum Im-  
perator, fundator Seleucidarum &  
Monarcha cognomento NICANOR,  
natus patre *Antiocho* Macedone cla-  
rissimo duce inter duces *PHILIPPI*  
*AMYNTÆ*, & matre *LAODICE*: conse-  
ctatus

status hic fuit militiam Alexandri Magni, cumq; fortem ei operam navasset, ab elephantorum magisterio ad castrorum tribunatum, post Aleandri obitum à Perdicca commen- datum, & inde ad Satrapiam Babylonis ab Antipatro traditam, quasi per gradus imperij obtinendi accessit. Quam Satrapiam postea metu Antigonis (qui rationes proventuum ab eo soleenter exigebat) deserere coactus ad Proloinæum in Ægyptum profu- git, & humanissimè suscepitus, ab eo- us exercitu instructus Babyloniam recuperavit, & subactis Bactrianis fe- cissimo successu ad Indiam usque imperij fines propagavit. Vir simul erissimus, & erga omnes humanitate enissimus fuit. Unde factum est, ut Lissandrum quoque & Lysimachum in eorum socios sibi conciliaret, qui- uscum captas debellatae & cæsæ Argiæ provincias tanquam præ- liberaliter dispergitus est. STRA- VICES dein connubio conciliatus

N

Deme-

*Demetrio Poliorceta*, qui fuit filius Antigoni viribus novis & foederibus fortior evasit, Demetrium tamen paulò post rupto amicitiae fœdere ad arma reversum, vivum cepit, & contra Lysimachum (qui etiam pretio oblato cædem ejus expetierat) per honorificè habuit. Ideò alienior à Seleuco factus Lysimachus & magis adhuc exacerbat, quod Alexandrum & I. ysandrum, propter sœvitiam à Lysimacho profugos factos, & *Philarerum Eunuchum* cum *Pergamo* & thesauris semet dentem in fidem receperit, temerariè ei bellum intulit, suomet sanguine restinguendum. Nam Seleucus feliciter profligatā acie atq; imperfecto Lysimacho Macedoniam & universas, quas in Asia possederat provincias occupavit, fuitque ultimus interduces Alexandri Magni superstes, & solus regnavit, cui quoq; fine tandem imposuit mors, septem mensibus post Lysimachi interencionem à Ptolomao

*Ceranno ad aram Argos illata an. m.*

3773.

3773. ante Chr. 280. postquam 72.  
Provinciis annis 31. cum magna justi-  
tiae moderationis & industrie laude  
imperasset. Vitæ exitus hoc ambiguo  
oraculo ei prædictus fuerat

*Sifugias Argos fatum superabis iniquum,  
Sin minus ante diem, tartara nigrapetes.*

Cum Argos sit nomen proprium ur-  
bium aliquot, & proprium quoque  
arie, sic ambiguo oraculo illusus fuit,  
whil de arâ sinistri suspicatus fuit.

Ultimum certamen commilitonum  
Alexandri Magni fuit Seleucum inter  
& Lysimachum, quorum ille Asiam &  
Syriam, hic Macedoniam & Græciam  
anebat, Lysimachus fuit annorum  
44 & Seleucus 77. sed in ea ætate  
venerant utriusque juveniles, propter  
satiablem regnandi cupidinem.  
Stat Lysimachus æquè in morte, quā  
vita Dux strenuus: de quo præcla-  
mum illud facinus prædicatur, quod  
Alexandro præcipiti furore ali-  
ando sœiente in eandem cum leo-

N 2 ne

3773.

ne caveam inclusus fuerit, quem cùm bellua aggredieretur, manum amicu-  
lo involutam in apertum belluæ ric-  
tum immerserit, erectâque è faucibus  
linguâ exanimaverit, quâ animosita-  
te non tantùm in gratiam pristinam  
recipi ab Alexandro, sed etiam novos  
amores & applausus meritus est. Scri-  
bit Appianus quòd extinctum Lysi-  
machi corpus canis domesticus diu  
adversus alites & feras protexerit do-  
nec Thorax Pharsalius inventum ac  
tabefactum sepeliit.

**II. ANTIOCHUS I. SOTER** Im-  
perator Græcorum, filius Seleuci, à  
quo posthac reliqui Syriæ reges. An-  
tiochi appellati sunt. Bellum contra  
Ptolomæum Ceraunum ( qui post  
Seleuci cædem, Lysimachi in Europa  
provincias invaserat ) contra Anti-  
gonum, contra Galatas feliciter ges-  
fit ; expeditionis autem in Ægyptum  
contra Ptolomaum Philadelphum suc-  
cessu frustratus, nec tentare quidem  
alio bello fortunam ausus est.

Fuit

*usq; ad an. mundi 4052.*

293

Fuit homo turpislimæ libidinis, Strato-  
men eandem cum patre suo Seleuco, vivo  
ad huc parente (qui id dissimulanter tulit  
in impio filio, regni consorte jam denomi-  
nato) conjugem habuit & novercam suam,  
ex qua liberos suscepit Antiochum & Apa-  
tem, extinctus est an. m. 3791. ante Chr.  
42. cùm imperasset 19. annis.

III. ANTIOCHUS II. *Soteris* &  
*Stratonicea* filius di<sup>ct</sup>us *Æt<sup>os</sup>* (quod co-  
gnomen à Milesiis accepit, cùm *Ti-*  
*marchum* eorum tyrannum sustulisset)  
Hic cum Ptolomæo Philadelpho lon-  
go & difficiili bello contendit, cui per  
*Berenice* connubium reconciliatus,  
novum domesticum *Laodices* primæ  
conjugis in se odium concitatavit; quam  
cum neglectam aliquamdiu, & concu-  
bita loco habitam in regiam tandem  
cepisset, veneno, ab eadem necatus  
est an. m. 3806. ante Chr. 247. cùm  
regnasset annis 14.

Hic Antiochus primus & solus ex  
Seleucidis duas simul conjuges ha-  
bit pessimo suo fato: è quibus *Lao-*  
*de* peperit *Seleucum* & *Stratonicem*.

N 3

IV. SE.

IV. SELEUCUS II. filius Antiochi ~~Sez~~ coguomento CALLINICUS, hic ut primum in regnum suffectus fuit per fraudem Laodices, statim eâ instigante Berenice conjugem suam, sororem regis Ægypti, unâ cum parvulo filio interfecit opera Iradionis & Genooi principû Antiochiæ, quo sce. Iere Ptolomaum Evergetem contra se concitavit, & simul animos suorum avertit, ut à suis militibus derelictus, classe etiam naufragio amissâ, prælioque à fratre suo victus itidemque non regnum amisisset, in Arsacis namq; manus captivus devenit, à quo tamen regiè tractatus est, & tandem liberaliter dimissus equi lapsu periit, titulo potius, quam reipsâ rex, adeo inglorius fuit & undique spoliatus, nam Romani etiam anteriore Asia Seleucidis ejecitis eam sibi posthac vendicarunt, anno Reg. 20. An. m. 3827. ante Chr. 226. reliquit post se liberos ex Laodice amita Achai & regis M. ihri.

*Antio-*  
*CUS,*  
fectus  
tim eā  
suam,  
m par-  
onis &  
uo sce-  
ntra se  
uorum  
elictus,  
, præ-  
emque  
tus vix  
Arsacis  
, à quo  
randum  
periit,  
x, adeo  
oliatus,  
Asia Se-  
nac ven-  
m. 3827-  
e liberos  
gis Mi-  
thri-

*u/q ad an. mundi 4052:*      **295**  
*thridatis filia suscepitos Seleucum III.*  
*& Antiochum III. & duas filias ano-*  
*nimas. Laodice quæ eum instinctu*  
*Berenices cum filio Seleuco sustulit, pœ-*  
*nas quoque sceleris dedit: ex afylo*  
*zamq; Daphnes per dolum educta, &*  
*trucidata est. Fratervero hujus Seleu-*  
*cus Antiochus Hierax, (eo quod*  
*non hominis, sed accipitris capaci-*  
*tate in aliena involaret) adjunctis sibi*  
*Galatis, pro fratre Seleuco stetit, sed*  
*& ipse à latronibus interfactus periit.*

V. SELEUCUS III. cognomento  
CERAUNUS statim à suscepto regno  
certior factus de Attalo I. Rege Perga-  
mensi, qui omnem cis Taurum Asiam  
suo imperio subjicerat, rebus suis  
consulendi impetu abreptus, ubi Tau-  
rum montem cum exercitu transgres-  
sus esset, dolo appetitus, captus, ac ve-  
neno sublatus est An. m. 3850. ante  
Car. 223. regni 2.

VI. ANTIOCHUS III. à rebus  
gestis cognomento MAGNIUS, filius

N 4

*Seleu-*

*Seluci II. & frater Seleuci III. anno  
ætatis 15. regno applicatus, facinora  
edidit ætate majora, *Alexandrum &  
Achaum* duces Molini acie viatos ad  
mortem voluntariam compulit: *Arta-  
bazanem* Medium subjugavit: *Acha-  
um* alterum, qui cis *Taurum* montem  
victo *Attalo* Pergameni regnum usur-  
pabat, captum Cambyli & Bolidis  
proditione, de purpuratorum senten-  
tia ad supplicium rapuit, manibus,  
pedibus & demum capite truncatum  
in crucem egit. Mortuo Ptolomæo  
*Cælesyriam* adortus, victo *Scopa A-  
zolo*, hanc unà cum *Judæa* occupat,  
nec multò pòst sponte dimisit; rece-  
pit Ciliciam & Cariam: urbes Hel-  
lesponti rededit in formam: Lysi-  
machiam instauravit. Demum Roma-  
nos audacia: suæ & secundis successi-  
bus obstaculum ponentes, cum Han-  
ibale aggressus, Chalcidem quoque  
ad Euripum cepit: ibi intempestivis  
& stultis amoribus homo jam quin-*

qua-

usq; ad an. mundi 4052. 297

quagenarius deditus, exinde nihil forte, nihil magnum gerere ausus, pacis conditiones inire coactus à Romanis, multatus Asiā cis **Taurum**, & præter obsides talentorum 12000. in singulos años pendere jussus fuit. Quibus sumptibus exhaustus, dum Bellum opulentissimum spoliare coatur, multitudinis concursu interfecitus est. An. m. 3866. ante Chr. 187. cū regnasset annis 37.

Ab humanitate, clementia & beneficentia studio non erat alienus, & famam bo- tam continuasset, nisi adulatoribus aulicis obsecutus, voluptatibus se mancipasset. Dicere solebat per jocum gratias se Romanis habere, quod nimis magnā procuratio- ne liberatus modicis regni terminis uteretur. Bis de hoc Antiocho Romani trium- pharunt, & L. Scipio Romanus inde compomentum Asiatici assumpsit ob provincias Antiocho eruptas & Romanis subjectas. Habuit in matrimonio Laodicen, Mithrida- w V. Regis & Pontificis filiam, & Eubiam fi- lam Cleopolemi Chalcidensis, filios ex his procreavit Seleucum IV. Antiochum IV. Mi- thridatem, Ardym, Cleopatram, Antiochum & Antiochim ac Laodicen.

N 5

VII.

VII. SELEUCUS IV. cognomen-  
to PHILOPATOR, viribus & poten-  
tiâ valde attritus & infirmatus regna-  
vit, ideo cùm de opibus templi Hie-  
rosolymitani per Apollonium, cui Si-  
mon quidam proditor id revelârat,  
edoctus esset, misit *Heliodorum* purpu-  
ratum ad prædam illinc auferendam.  
Cùm verò Heliodorus ab incepto di-  
vinitus esset repressus, postea pro de-  
mandato tam periculoso sacrilegii  
ministerio, insidiis vitam ei ademit  
an. m. 3874. ante Chr. 175, cùm re-  
gnasset annis 12. reliquit post se fili-  
um *Demetrium* & filiam anonymam,  
quæ nupsit *Perseo Regi Macedoniae*.

VIII. ANTIOCHIUS IV. cogno-  
mento EPIPHANES, filius *Antiochi*  
*Magni*, & frater *Seluci Philopatoris*.  
Datus hic fuerat à patre obses Roma-  
nis, & dimissus ab urbe, rogatu fratris  
*Seluci*, eidem defuncto successit in re-  
gno, bella contra *Ptolomaos* fratres *Phi-*  
*lometorem* & *Phisconem* gessit. Maximè,

infamem se reddidit ob crudelitatem,  
quam exercuit in Judæa. Hierosolymę,  
quam Menelai ope expugnavit, 80000  
civium interfecit, templum ingressus  
ornamentis & thesauris spoliatum  
Jovi Olympio consecravit, & co-  
natus totam Judæorum religionem  
abolere, circumcisionem prohibuit,  
tarnis suillæ usum mandavit, & jussa  
detrectantes immanibus suppliciis  
excarnificavit: contra quem divini-  
tus exsuscitatus MATHATHIAS  
ASMONÆUS tam religionis, quam  
libertatis defendendæ initium fecit; &  
feliciter patris virtuti institit JUDAS  
MACHABÆUS, ita ut Apollonium & Sero-  
vnduces, & his in auxilium submissū  
cum novo exercitu Lysiam iteratis vi-  
toriis debellaret, unde factum, ut  
vario sumptibus exhausto Antio-  
chus ad uova tributa colligenda se  
convertere debuerit, ideoque Perse-  
polim, ad conditos in templo Dianæ  
thesauros Alexandri Magni rapien-  
dos, oppugnare instituit, sed turpiter  
inde

300      **ÆTAS VI.**, ab anno 3743.  
inde rejectus ex animi dolore gravi  
morbo affectus est; tristi insuper nun-  
cio de cladibus in Judæa acceptis con-  
territus, ex curru decidit, quo lapsu  
morbusingravescens inter sævissimos  
animi & corporis cruciatus tyranum  
extinxit Ann. m. 3891. ante Chr. 162  
cùm regnasset annis 13. filium post se  
reliquit *Antiochum & Alexandrum*.

**IX. ANTIOCHUS V.** cognome-  
mento EUPATOR filius Epiphanius:  
renovavit bellum contra Judam Ma-  
chabæum, quem prælio victum in  
gratiam recepit, demolito tantum  
muro, qui templum ambiebat. Et  
iratus *Menelao* Pontifici tanquam Ju-  
daicorum bellorum concitatori mis-  
sum in Berrhoëa Syriæ necavit. Hinc  
à Demetrio oppugnatus, & per milites  
proditores comprehensus cum *Lysia*,  
*Demetrioq;* traditus, & jugulatus est,  
cùm regnasset tantum annis duobus.

**X. DEMETRIUS I.** cognomento  
SOTER, filius *Selenci Philopatoris* ab  
eoque datus à patre obses Romanis  
pro

usq; ad an. mundi 4952. 301

pro Antiocho Epiphane, post cuius obitum spe reditus à senatu frustratus, clam fugit, & ad suos reversus imperavit.

Fugam in hunc modum capeſſivit. Diodorū hominem vaſrum, qui recens è Syria venerat ad ſe evocavit, à quo didicit, rēs in Syria propter Octavij cædem eſſe turbatas, & Syros, ſi ſe iſpis oſtenderit, regnum illi- co in iſpum translatuſos, cumque ſic fugam peruaſiſſet, viam quoque & modum ejus capereſſendæ ſuggerit operā Menithylli legati Philometoris, qui fingens reditum ad ſuos, Carthaginensem navem Demetrio præparavit, qnæ Tyrum vela faceret, cumque dictæ navigationis dies ad eſlet, navarchum adit, ſingitque novi ſibi aliiquid à rege man- datum, propter quod Romæ adhuc diutius morari deberet, daturum ſe nihilominus loco ſui aliquot juvenes fidei probatiſſimæ, qui Tyrum proficiſcerentur; exeunte tertiâ vigiliâ Demetrius adeſt cum ſocijs octo, quinque famulis & tribus pueris, quos cùm Menithyllus nauclero, qui rem totam ig- norabat, commendāſſet, cum prima luce vela faciunt. Neque fugam comperti ſunt Romani Patres ante diem quintum. Sic igitur elapsus in Syriam venit, & omnium favore exceptus eſt, quia miſſus à ſenatu ad regnum occupandum, credebatur: mox

Ap̄d

Apameā potitus , comparatis copijs Antiochiam contendit , ibique Lysiā obviam egressum , interfecit . Et factum est , ait scriptura , ut ingressus est domum regni Patrum suorum ( sibi scilicet à patre Seleuco & avo Antiocho Magno debitum tanquam primogenito Seleuci , ejus primogeniti ) comprehendit exercitus Antiochum & Lysiā , ut adducerent eos ad Demetrium . & res ei innotuit , & ait , nolite mihi ostendere facies eorum lib . 1. Machab . cap . 7. v . 2 ( ne scilicet à me aliquid extorqueant ) & occidit eos exercitus , sicque sublato æmulo sedet Demetrius super sedem regni sui , sic Deus ultus est peccata patris Antiochi Epiphāis in filio tollendo , factumque est , ut radix peccati in primo frutice exaresceret .

Occisis , qui sibi regnum intercludere possent , omnibus modis placare Romanos contendit ; primò insigni comitate usus est in legatos Romanorum in Pamphylia & Rhodo , præsertim in Tiberium Grachum , secundò conciliavit sibi personas , quæ causam suam Romæ fructuosè agerent , fugam excusarent , missis ad hoc munieribus , Legatis quidem privatim , publicè autem S . P . Q . R . coronam auream maximi pretij dono transmisit , tertiò ad expiationem Octavianæ cædis ( erat Octavius legatus Romanus , quem Leptines Syrus occidit ) non

usq; ad an. mundi 4052. 303

non contentus *Lysiam & Eupatorem* necis  
conscios interfecisse, *Leptrinem*, qui cædem  
patrârat, & Isocratem, qui approbabat,  
Romam misit pro arbitrio supplicijs affi-  
ciendos.

Sic prudenter regnum suum stabi-  
lire cœpit Demetrius, imprudenter au-  
tem & inductus à viris inquis, ut lo-  
quitur scriptura, quorum dux erat Al-  
cimus oppugnare incepit JUDAM  
MACHABÆUM per Nicanorem &  
Bacchidem duces, è quibus illo per-  
empto, hunc post Judæ interitum op-  
posuit Ionathæ, & omnia frustra mo-  
litum pacem tandem componere juf-  
fit. Cœpit posthæc otium sectari, ca-  
stello cuidam ad Antiochiam inclu-  
sus, Reipublicæ neglegētā curā, unde  
cūm & cives & milites inciperent ab  
eo averti, bello impugnatus ab Ale-  
xandro, & prælio congressus occu-  
buit. De hoc prælio Demetrij legitur  
Mach. 10. Anno m. 3903. ante Chr.  
150, cūm regnâsset annis 10. reliquit  
post se liberos ex Laodice, Demetrium  
ll. & Antiochum VL

XI.

XI. ALEXANDER BALÆ, di-  
tus etiam *Epiphanes*, frater Antiochi  
V. instigatus & adjutus à *Ptolomæo*  
*Philometore*, (cujus filiæ *Cleopatra* nu-  
pserat) & *Attalo*, Demetrium vicit &  
vitâ cum regno exuit. *Jonatham Af-*  
*monaum* Pontificem Judæorum regiè  
excepit & honoravit, neque Judæis  
mala intulit, factus alienus ab Attalo  
& desertus à *Ptolomæo* Socero De-  
metrii II. armis profligatus est, cumq;  
prælio vietus in Arabiam profugisset,  
à *Zabelo Dynasta* interfectus est, & ca-  
put amputatum *Ptolomæo* transmis-  
sum an. m. 3908. ante Chr. 145. cùm  
regnasset annis 6.

XII. DEMETRIUS I. cogno-  
mento NICANOR vel NICATOR,  
quod nomen Syri tribuerunt, quia  
alienum à sua familia Alexandrum  
regno pepulisset. Ob incertos bello-  
rum casus *Enidum* à patre ablegatus  
per *Lathenis* Creensis mercenarias  
copiae in Syriam reductus est, & mox  
gener adscitus à *Ptolomæo Philometore*,  
ejus-

usq; ad an. mundi 4052. 305  
eiusdemque suasu ab Antiochenis re-  
ceptus, bellum Socero Alexandro in-  
fert; & prælio contendere ausum vin-  
cit, regnumq; in se transfert. Con-  
firmavit hic Pontificatum *Jonatha As-*  
*monai*, & acceptis talentis 300. ei Ju-  
dæam cum Toparchiis Samariâ, Jop-  
pe & Galilæâ permisit: cumq; ratus  
jam omnia pacata esse, milites suos  
partim dimisisset, partim diminutis  
stipendiis retinuisset, illi seditione ad  
Tryphonem & Antiochum *Seb* con-  
fuxerunt. Bello inde appetitus ac  
prælio victus cedere coactus est in  
Mesopotamiam: redux inde ab Ale-  
xandro *Zebina*, quem Ptolomæus ex-  
citaverat, iterum fugatus & victus, ac  
perfidiosè à conjugè & liberis exclu-  
sus, in fuga ad Tyrum cùm navi ex-  
scenderet, occisus est, ut legitur lib. I.  
Mach. 10. II. 12. 14.

ANTIOCHIUS SEDETES V. Si-  
DETES SOTER etiam, vel Eusebes di-  
ctus, eo tempore, quo DEMETRIUS  
NICANOR apud Parthorum Regem  
*Arfa.*

*Arsacen* habebatur in vinculis, à Cleopatra uxore Demetrij (quæ Seleuciae morabatur, & milites ad se attraxerat contra Tryphonem, tyrannidem in Syria exercentem) ad conjugium simul & regnum ex Rhodo Insula acersitus, Cleopatræ nupsit, & regnum simul, & uxorem fratri accepit, Tryphone expulso. Liberalis fuit & beneficus in Judæos, quibus viëtimas & sumptus pro templo suppeditavit, sed luxui simul & temulentia deditus supra modum: duxit ad Parthicam expeditiōnēm lixarum 30000. ē quibus coquorum, pictorum scenicorum &c. major numerus esset, quam militum, quorum tantum erant 30 millia, unde Parthus tali sarcasmate funus ejus (quem occisum in pugna, sepeliri curavit) veluti mortuum etiam lingue gladio vulneratus, sic allocutus scribitur: *Fefellit o Antioche, fefellit ultimò vinum & audacia, speraveras enim Arsacis imperium in magnis poculis te bibiturum esse.*

Memo.

Memorabile, quod de ipso refert Plutarchus: cum in venatione quadam studio persequendi feram ab aulicis & famulis aberrasset, & divertere apud hominem tenuem coactus, inter cœnandum sermonem de rege (quem se esse dissimulabat) initisset, & didicisset, bonum quidem esse, sed qui amicis & adulatoribus flagitiosis obsequendo, plurima in republica negligebat, tunc tacuisse quidem, postea tamen cognitum ex satellitum adventu dixisse, ex quo die vos sumpsi, nullam ex vobis veritatem de me sumpsi, nunc vero de me ipso vera audivi, cœpitque in regno administrando diligentior esse.

Quia SIDETES iste regnavit vivente adhuc Demetrio, ideo non ponitur a quibusdam in ordine regum Syriae, sed habetur quasi socius regni cum Demetrio. Vitam finivit anno m. 3927. ante Chr. 126. postquam regnavit annis 19. reliquit post se liberos a Cleopatra suscepitos Seleucum, Antiochum VIII. & filiam anonymam; ignoratur autem illa soboles, quam suscepit ex Rhodogene. Seleucum occidit Cleopatra mater proprijs manibus, sagittâ eum transverberans, quia post patris interitum statim diadema sibi assumpsit: metuebat enim furia, ne filius ulcisceretur mortem patris, quem ferox hyena interfici curaverat.

Erat

Erat etiam his temporibus quidam Alexander Zebina filius negotiatoris Ægypti, hunc Ptolomæus incitavit, ut Syriam armis peteret; in hunc finem composita est fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis in familiam regiam adscitus esset. Syris, qui ob Demetrij superbiam defecabant, gratum id erat, modò regem habent Demetrio repulso, ideo juveni nomen Alexander imponitur, eiisque ex Ægypto ingentia auxilia submittuntur: fabulam hanc opportunè juvit, quod corpus Antiochi à rege Parthorum interfecisti, in loculo argenteo ad sepulturam, in Syriam remissum pervenerit, cum jam ibi esset Alexander, qui ingenti luctu & studio civitatum, corpus regium excepit, & funus ipse cum lachrymis prosecutus est; quæ res illi magnum favorem popularium conciliavit. Hic igitur Zebina viito & expulso Demetrio Syriæ dominabatur, qui tamen in regum ordine non ponitur hic, quia adhuc vivus rex legitimus exulavit, nec familia Demetrij planè jacebat, sed Seleucus filius, quem Cleopatra postmodum occidit, diadema sumpserat. Neque diu fortunâ suâ tumidus Zebina continere se poterat, ut gratiâ Ptolomæi, quo fulcro sustentabatur, non excideret. Eum enim cœpit superbâ insolentiâ paulatim spernere,

&amp; vel-

kvelle etiam deprimere, quo promotore  
skenderat. Itaque Ptolomæus ratus ma-  
tutè busonem inflatum compescendum esse,  
forori suæ Cleopatræ reconciliatur, & An-  
tocho Gripho Tryphenam filiam in spon-  
sam & simul ingentes copias mittit in auxi-  
lium, ad Zebinam evertendum. Griphum  
hunc filium suum Cleopatra recens Athenis  
trocaverat, ut regnaret, sed ita ut regis  
omen penes filium, jus autem totius im-  
periij penes matrem esset: cum ergo Syri  
viderent Griphum Ægyptiis copiis instru-  
dum, ab Alexandro Zebina paulatim defi-  
cientes, adhaeserunt Gripho, qui Zebi-  
nam cecidit, & fugitivum Antiochiam com-  
pulit, ubi ex Jovis templo solidum ex auro  
vistoriae signum sustulit ad stipendium mili-  
tibus enumerandum, aureum quoque Jovis  
seculachrum immensi ponderis sacrilegè  
cum apprehenderat, & tacite effterri jussi-  
erat, sed deprehensus in sacrilegio, concur-  
sopuli in fugam actus, captus, & Gripho  
cum sisteretur, ab eodem interfactus est.

XIII. ANTIOCHIUS GRIPHUS  
victo Alexandro Zebina regnum in se  
transstulit, & continuis fere bellis im-  
plicitum tenuit, cumque foris impe-  
rietur armis à fratre Ciziceno, domi-  
nisi.

310      **ÆTAS VI.** ab an. 3743.  
insidiis appetitus fuit à matre Cleopatra, nefariâ foemina, quæ scenicum in morem filiis suis & filiabus illudebat, regna & maritos & uxores eis auferens & mutans pro arbitrio ac tyrannica dominandi cupidine; *Griphus* autem edictus de insidiis, venenum sibi à matre præparatum, ipsam bibere coëgit, atq; eodem mox scelere ipse usurps in *Cizicenum* fratrem, bellum adversus se, quod restinguere non potuit, concitavit; interfectus tandem est fraude Heraclionis an. m. 3956. ante Chr. 97. cùm regnasset annis 8.

**GRIPHUS** ex conjugibus, quas habuit, *Griphina* & *Selence* Ptolomæi Phisconis filiabus, & ex tertia, quæ fuit *Cleopatra Selini* liberos suscepit *Seleucum V. Antiochum, Demetrium III. Philippum & Antiochum XI. & Seleucum Cybotetem.*

Aliqui Historici annos 29. **GRIPHI** dividunt cum Ciziceno, quia Cizicenus superato Gripho, & dejecto, regnare cœpit; sed Jose-

Iosephus omnes illos annos, quibus super-  
fies vixit adhuc Grifus, Ciziceno regnan-  
te, & cum Gripho belligerante, attribuit  
Gripho, Cizicenum autem tantum ut so-  
ciam regni conjungit.

ANTIOCHIUS filius *Demetrij* ab  
urbe, in qua educatus est, dictus *Ci-  
zicenus*, à moribus autem *Affondius*,  
impi conatu, veneno à Gripho ten-  
tatus ita exarsit vindicandi libidine,  
ut bello continuo persequeretur eum,  
per Cleopatræ connubium plurimum  
Cypriis copiis adjutus. Cum con-  
gressu primo conjugé sua spoliatus  
esset, mox certamen acrius repetit,  
& fratri sui conjugem Griphinam,  
victoriâ potitus, in suæ uxoris ultio-  
nem jugulat: à quo tempore à mutua  
pernicie neuter fratrum cessavit, do-  
nec ardor ulciscendi cum vita utrius-  
que extintus fuisset: post mortem  
enim *Griphi* superstes *Cizicenus* à Se-  
lano Griphi filio exagitabatur, donec  
captus ab eo & trucidatus est an. m.  
3059. Tantæ fuit avaritiæ, ut, cùm  
særet pecunia, Jovis auream statuam,

quæ

quæ erat magnitudinis 15. cubitorum fundi & ex alia viliore materia statuam illi similem laminis inauratam reponi jussit. Simile hoc facinus illi, quod de Dionysio Juniore tyranno refert Clemens, qui auream Jovis vestem laneâ commutavit, quæ æstate esset levior, & hyeme calidior. *Cizicenus* à Seleuco filio Griphi tandem interfectus est.

XIV. SELEUCUS II. successit patri *Gripho*, & cum patruo *Ciziceno* bellum gerens eum prælio captum neci dedit. Quo cæso ANTIOCHUS cognomento EUSEBES, sive *Pius*, Ciziceni patris mortem ulturus pervenit Aradum, & imposito sibi diademate, Seleuco bellum intulit, quem uno prælio victum totâ Syriâ expulit. SELEUCUS ita pulsus, fugâ delatus est in Ciliciam, & postquam à Mopsuestenis receptus est, cœpit ab eis tributa exigere, qui exactionem non ferentes, cum regia ipsum & amicos concremarunt, ut scribit Josephus &

Appia-

*usq; ad an mundi 4032.* 313

Appianus an. m. 3960. ante Chr. 93.  
regni an. 25. Occiso Seleuco, frater  
sus, secundò genitus Griphi surre-  
vit mortem patris fratrisq; ulturus, &  
Antiocho Pio suo patruei regnum eri-  
gere molitus, vitam simul & exerci-  
tum amisit.

XV. ANTIÖCHUS cognomento  
EUSEBES sive *Pius*, sic appellatus,  
quia ultus est mortem patris sui *Cizici-*  
*ni*, quod pietati tribuitur. Appianus  
autem putat per jocum sic dictum es-  
se, ut qui *Silenem* uxorem duxerit, quæ  
pius patri ejus *Ciziceno*, & patruo  
Gripho nupserat. Hic duobus fratri-  
bus *Philippo* & *Demetrio* Griphi filiis  
trenue restitut: brevi tamen Galata-  
num reginæ, socius armorum factus,  
contra Parthos occubuit an. m. 3964.  
ante Chr. 89. Occiso Antiocho Pio  
remansit regnum penes duos fratres,  
*Dimurium* & *Philippum*.

XVI. DEMETRIUS cognomen-  
e EUCÆRUS Gnido accitus à  
Iohomæ Lathuro, Rex salutatus est  
O apud

314      **ÆTAS VI ab an. 3743**  
apud Damascum, contra Antiochum  
*Euseben*; quo everso à Parthis, jun-  
xit se Judæis rebellantibus contra  
*Alexandrum Asmonaeum*, Joannis Hir-  
cani filium, quem vietum non ausus  
ultrà persequi, in regnum reversus,  
Philippum fratrem temerè irritavit,  
Idèò ab eo & Parthis, armorum sociis  
obsessus dedere se coactus, & ad Mi-  
thridateim Parthorum regem abdu-  
ctus est, ubi per honorificè habitus,  
vitam finiit.

XVII. PHILIPPUS hostem exper-  
tus est fratrem suum *Demetrium*, quia  
partem Syriæ sibi occupavit, nec to-  
tam illi cedere voluit. Igitur se ar-  
mis tuitus contra Demetrium, eum  
cum Arabum & Parthorum auxiliis  
obsedit, & ditione extorta totum  
regnum tenuit, donec *Antiochus Dio-*  
*nysius* ipse quoque frater Philippi, &  
filius *Griphi*, Damascum per prodi-  
tionem *Præfeti* cepit, & parte regni  
sibi vindicatâ, armisq; subactâ se Sy-  
riæ regem & socium regni aliquam-  
diu

ochum  
, jun-  
contra  
is Hir-  
ausus  
versus,  
ritavit,  
a sociis  
ad Mi-  
abdu-  
bitus,  
exper-  
m, quia  
nec to-  
r se ar-  
, eum  
auxiliis  
totum  
us Dio-  
ppi, &  
prodi-  
te regni  
a se Sy-  
iquam-  
diu

usq; ad an. mundi 4032. 315  
du gessit. Brevi tamen post cùm ar-  
dore aliena rapiendi, *Aretam* regem  
invaderet, in prælio trucidatus est,  
in illo proditione Damasco ad Phi-  
lippum redeunte. Qui & ipse tandem  
aptus est à *Gabinio*: ejus autem mors  
comperta est. Hic fuit Seleucida-  
num ultimus, qui Græcorum Impe-  
rium finivit An. m. 3970. ante Chr. 83.  
Innæi Pontif. 19. Lathuri 33. Olymp.  
CLXXIV. an. 1. cond. urb. 669. post-  
quam illud durâisset à primo Seleuco,  
ab eo recuperatâ Babylone, an-  
is 228.

Supererat quintus filius Griphi,  
*SELEUCUS* cognomento *Cybiotates*,  
ad hic latuit in obscuro; donec à  
Rege Ægypti *Aulete* vocatus ob pro-  
inquitatem, & connubio cum *Bere-*  
*ue* filia *Aulete* conjunctus, regno ab  
donatus est. Paulò tamen pòst ob  
adidos mores & avaritiam iterum  
impulsus atque necatus est, à Strabo-  
dictus *Cocces*: & scribitur de eo,  
qd ex avaritia urnam auream, quâ

Q 2

con-

ÆTAS VI. ab anno 3743.  
conditus erat Alexander M. per Sa-  
cilegium cum vitrea commutaverit.

## Regnum Gracorum sub Tigrane.

**S**yri bellis regulorum suorum attriti, ut  
scribit Justinus, ad externos reges se con-  
vertērunt, & TIGRANEM regem Armeni-  
um cæteris prætulerunt, quia is instruitus  
erat præter vires domesticas, Parthicā in-  
super societate, & Mithridatis regis Ponti  
affinitate: interea tamen Aretas Arabs te-  
nebat Cælesyriam, à Damascenis vocatus:  
qui etiam expeditione in Judæos suscep-  
tus vicerat, & certis conditionibus ad sua  
reversus est.

TIGRANES cognomento MAGNUS  
vixit adolescentulus obses apud Parthos, à  
quibus cùm regni parte traditâ se redemis-  
set, forti ausu, bello hanc repetijt, & ho-  
stes tantis affecit cladibus, ut regum nullus  
illam gentem ferocius lacefiverit. Arta-  
nem quoque regem minoris Armeniæ, fu-  
nello prælio, regno & vitâ expulit. His  
fortiter gestis famam sibi comparavit, ut  
ad regnum à Proceribus Syrorum evocare-  
tur: quod ille cum magno armorum appa-  
ratu suscepit, ejectisque Seleucidarum re-  
liquiis, & Phœnico cum Cilicia recepta,

Che-

Neptoram & Ilenem, Reginam facem bellis  
 defendendis ardentissimam, captam in Me-  
 potamia, morte multavit: quo successu  
 mutato rerum, cum nihil non sibi arro-  
 get, etiam Ariobarzanem, suggestente & in-  
 gente Mithridate Eupatore finibus ejecit,  
 inescatus Cappadociae præda, exitiali  
 in totique regno instituto, hunc deinde  
 intra Romanos defendendum suscepit,  
 enim vietus strage horribili à Zucullo ad  
 Yanocertam, iterumq; ad Artaxatam, do-  
 minico etiam à filio Tigrane bello exa-  
 gatus, Pompeio (quem cidari capiti de-  
 stit, & in manus ejus traditâ supplex ad-  
 riverat) 6000 talentorum multam, mi-  
 bus singulis, minam dimidiam argenti,  
 aurionio minas decem, Tribuno talen-  
 to persolvit, solumq; regnum paternum  
 Media Armeniacum sibi conservavit.  
 Ieius Tigranes sapere tandem didicit, &  
 Mithridatem tantæ ruinæ suæ causam agno-  
 ens, cum is ad Stellam montem, prælio  
 vietus esset, & ad Tigranem confu-  
 se, malæq; causæ suæ patronum quærere  
 dicit, altera vice intra fines suos & suum  
 pluim non recepit, immo præmium cen-  
 talentorum in ejus caput & vitam con-  
 dit ei, qui interficeret. Mortuus est an-  
 ita octogesimo quinto. Filius Tigranis,  
 Ius Tigranes junior, in vincula conjectus  
 fuit,

O 3

fuit, & in triumpho ductus à Pompeio,  
quia durior in parentem, & Phraatis, Par-  
thi fretus societate armorum, refractarius  
fuit, neque Pompei Imperio se submittere  
voluit, cum juberet filium in Sophena &  
**Cordena**, patrem autem in reliqua Arme-  
nia regnare, eâ lege, ut defuncto parenti  
per totam Armeniam filius tandem hæres  
succederet; quam divisionem cum filius ad-  
mittere detrectaret, nec parte contentus  
esset, totum perdidit.

Sic TIGRANES MAGNUS à Plinio, & à  
Velleio **Regum Maximus** appellatus, par-  
vus, fieri cœpit post depresso tumorem à  
Pompejo Magno. Quantus erat Tigranes!  
Syriæ imperium invasit cum quingentis  
millibus militum: contra Lucullum eduxit  
ducenta & quinquaginta peditum millia, &  
alia adhuc quinquaginta equitum millia, &  
cæsus nihilominus est à Romanis, cùm his  
tantum pars hujus numeri esset vigesima,  
ut loquitur Plutarchus & Livius. Usurpa-  
uit Tigranes titulum REGIS REGUM, & vo-  
luit habere reges administros: ex his qua-  
tuor, tanquam stipatores, semper eum ita  
comitati fuerunt, ut equitanti pedites jux-  
tā currerent tunicati, sedenti, & responsa  
inter se manibus, quo symbolo servitus in-  
dicabatur. Nihil non magnum spirabat  
infla-

status extento provinciarum syrmate  
preciosus pavo, sed deplumatus detumuit,  
decorum pavonis deprædata est Roma-  
na aquila, posthac imperium suum & quar-  
am mundi Monarchiam expansis longè  
atque alis explicatura.



## IMPERIUM ROMA- NUM.

### Quarta Mundi Monar- chia.

CAJUS JULIUS CÆSAR

*Et cæmulus ejus*

NEJUS POMPEJUS MAGNUS.

Roma jam passim rerum domi-  
na longè latéque terrarum  
audiebat, sed multiceps ad-  
huc Roma fuit, Dictatorum,  
Consulum, purpuratorum Patrum, &  
In unorum arbitrio moderata, quia  
adum vastum corpus sub uno ca-  
te Monarchico coaluerat, neq; hoc  
asci potuit sine Reipublicæ magnâ  
succusione, quam belli intestini, Ju-

O 4

LIVM

320      ÆTAS VI. ab an 3743.  
LIUM CÆSAREM inter, & POMPEJUM,  
periculus turbo concitavit.

### Pugna Pharsalica.

Belli causam uterq; dedit tuim CÆSAR,  
tum POMPEJUS: ille enim Superiorem,  
hic autem parem ferre noluit. Quanquam  
autem CÆSAR flagraret ingenti desiderio  
imperandi, & Etherealis apud Euripidem di-  
ctum itendidem usurparet: *rogni causâ jus*  
*violandum esse*, habito tamen Ravennæ con-  
cilio, mitiorem sententiam fecutus est, &  
pacem exoptare se saltem simulavit: scri-  
ptis ad senatum litteris plenissimis æquita-  
te; quia tamen sub fine in epistolæ minas  
adhibuit, rejectæ sunt litteræ, & ipse pro  
hoste habitus. Tribunis fugientibus ad  
Cæsarem, habitum est extra urbem sena-  
tus consultum, cui Pompejus aderat, in eoq;  
decreto, ut tota Italia delectus haberetur  
a Pompejo, eique ad hoc bellum pecunia ex-  
ærario suppeditaretur. Quo auditio sta-  
tim Cæsar cum legione decima quarta ad  
Rubiconem movit. Hic cunctatus aliquan-  
tum, & quasi cœpti magnitudinem reputans  
Græcè exclamavit ἀνέρριφθω Κίλος, in-  
a esto alien. Et statim quem secum habebat  
exercitum trajecit, ac primò impetu mul-  
tas Urbes occupavit.

Quibus rebus Romæ nunciatis, urbs à  
Con-

Consulibus & optimatibus deserta est: quos  
infactus Pompejus, Brundusium venit. In  
urbte obsestus est, donec naves, quæ Con-  
sules detulerant, revertissent. Tum ipse  
quog; Pompejus fugit in Macedoniam, &  
Brundusium reliquit Cæsari. Quicūm totam  
Italiā ab adversariis desertam, intra sexa-  
ginta dies sine sanguine in suam potesta-  
tem redegisset, & Galliam insuper utramq;  
meneret, Hispanias autem Magni Pompeii  
topiis, Afranius & Petreius possiderent, eò  
ter instituit dicere inter suos auditus; se ire  
ex exercitum sine duce, & inde, reversurum  
id ducem sine exercitu. Siciliam interim &  
Burdiniam Valerio Legato, & Curione oc-  
cupantibus.

Priusquam autem ex Italia moveret, Ro-  
mā pervenit, & pecunias militi sustentando  
necessarias sibi suppeditari ex ærario pe-  
tit; quod cùm negaret L Metellus, & æra-  
rianas custodiri curaret, Cæsar, securi-  
bus seras perfringere jussit, Metello mortem  
minatus, si contrà auderet. Ærario per  
sum aperto pecuniam omnem egessit, id est,  
ut Orosius refert, 4133. auri pondera, ar-  
genti autem pondo prope nongenta millia.  
Quanta vis pecuniæ! & tamen ex eodem  
ærario paulò antè vis ingens pecuniæ in  
Pompeij copias educta fuerat. Sic malè &  
a justis bellis diu quæsita, citò bello inju-  
iore dilapsa sunt.

O 5

Post-

Posthæc iterum suum suscepit Cæsar in Hispaniam, & bello aggressus Afranum & Petreum duces Pompejanos vicit. Massiliam per Trebonium & Brusum obfessam & fortiter resistentem adventu suo coëgit ad dedicationem, Domitio, qui urbem tuebatur, per tempestatem elapsō. Ex Hispania Romanam reversus, susceptā iterumq; abdicatā, post decimum diem diëstaturā, omnes vires undecunque collegit, ad Bellum Pompejo & Pompejanis inferendum, quibus corroboratus Dyrrachium movit, Pompejo quoque adverso motu exercitum suum ad Dyrrachium ducente, & castra castris, militemque militi opponente. Sed erat utriusque exercitus conditio dispar: Pompejanī enim omnibus abundabant, Cæsarei eabant, quia in eorum naves interceptas Bibulus ferro & flammis deslœvit, ideoq; ver fatus in angustijs Cæsar, præsertim quod Autonius à Cæsare evocatus, mari se committere propter Pompejanos non auderet, Iembo se demum audacissimè credidit, ut copias ipse suas ex Italia adduceret: cumque nauclerum propter pericula hostilia timidiorem cerneret, hisce animare conatus est, quid times? Casarem portas, & Casari fortuna tecum est: sed tempestate adversa ab hac expeditione in littus unde solverat, rejectus est. Mox tamen utrique auxilia-

es copiae advenerunt, CÆSARI Antonio  
duce ex Italia, & POMPEIO ex Asia, duce  
Metello Scipione: quibus instructi partium  
duces, ad Dyrrachium obstinatissimè di-  
michrunt. In hac pugna plurimis ex Cæ-  
sareis cadentibus, adeò victoria Pompejo  
mandiebatur, ut si ea uti potuisset, bellum  
confectum fuisset: cum verò CÆSAR com-  
batuſ inopiā laborans in Thessaliam re-  
tulisset, & Pompejus eum insecurus, in  
campis Pharsalicis, homini desperato pu-  
tate copiam fecisset, subito retroversa vi-  
toria POMPEIUS Cæsis suorum quindecim  
miliibus, & castris perditis (cum CÆSAR  
hiorum tantum ducentos desideraret) fugā  
soinimis præcipiti consuluit, Larissam &  
inde Amphipolim festinans, ubi consensā  
uni Mytilenem ad uxorem suam appulit &  
inde in Ciliciam Cyprumque navigavit.

Auditā Antiochenorum defectione, ver-  
bi Ægyptum deflexit, multum confusus  
Ptolemao, & ab eo amica omnia sperans,  
petit hospitio & amicitia ejus excipi, op-  
usque in pæsenti calamitate protegi. Re-  
sis autem amici & procuratores, seu veriti,  
te Alexandriam, aut Ægyptum occupa-  
re; seu despœtā ejus fortunā, & victori  
Cesarigratificaturi, palam quidem ad re-  
gem aditum ei patetecerunt, clam autem  
mito consilio, Achillam Præfectum regium  
O. 6 & L.

324 ETAS VI. ab anno 3743.

& L. *Septimium* tribunum militum (qui in bello piratico apud Pompejum ordinem duxerat) ad eum interficiendum miserunt; quem in naviculam receptum, cum appropinquaret ad littus, à tergo *Septimiū* telo trajecit, deinde reliqui gladijs certatum petierunt, resectumque caput in CÆSARIS adventum reservârunt. Uxor autem ejus & amici, qui extra teli jactum constituerant viso procul facinore, magno cum ejulatu, Superos implorantes, hostilia littora celeri cursu defugērunt. Corpus in littore relictum, ab ejus liberto combustum, & in arenā tumulatum est.

POMPEJUS natus est, an. m. 3948. ante Chr. 105. novem mensibus post natum Ciceronem. Vix egressus adolescentia, jam maturus fuit ad victorias: cæpit famam maximis gestis extendere, ut cognomento MAGNUS linguis gentium divulgaretur. Anno ætatis suæ 22 primam expeditionem suscepit contra Carbonem in Africa, quem vinctum ad pedes suos postratum & objurgatum occidit: resectum caput, primæ victoriae suæ cruentum spolium, Sylla transmisit: exinde magna celeritate, pyratis altera vice devictis, contra viginti tres Orientis reges diversis motibus imperator designatus est. Tigranem ac Mithridatem potentissimos Armeniæ & Syriæ reges, illum

um regni parte, hunc regno & vitâ mul-  
davit. Arabiam, Judæam omnem cum  
Hierosolymis, Albaniam, Iberiam vi<sup>t</sup>oriis  
illustravit, fecitque, ut Romanæ aquilæ am-  
plissimas regiones ferto, felicitate, ac vir-  
tute suâ patefactas, celerrimo volatu supe-  
rarent. Asiam extremum Romanorum li-  
mitem finibus dilatatis, effecit, ut esset  
mediullum Romani Imperij. Præter Par-  
thos ( quibus foedus magis, quam bellum  
placuit) ad Indos vix adhuc famâ notos,  
intra rubrum mare Caspium & Oceanum,  
ad Orientem & Boream, terræ Pompeij  
ignis domitæ ac territæ, Romanam domi-  
niciem & dominiam orbis Pompejum antea  
in Asia, Africa & Europa victorem sus-  
pigerunt.

Posteaquam annos 58. vivendo, & ex-  
his annos 34. vincendo explevisset, igno-  
ratus è demum vietus est, & qui diccre so-  
litus, si terram pulsaret pede uno, milites se-  
b/sequium suscitare, præcipiti & impro-  
vida fugâ dilaptus, castra, fortunam, ami-  
cos, famam & vitam, amisit. Immo cui  
terra videbatur propè defuisse ad vi<sup>t</sup>orias,  
eidem novercante tandem fortunâ, defuit  
ultimò ad sepulturam, ut modicâ arenâ in  
vatore peregrino tumularetur. Pompeij  
in Romanæ libertatis clades contigit in  
memoratissima pugna Pharsalica anno m.  
906, ante Chr. 47.

CÆ.

CÆSAR cum Alexandriam venisset, & vidisset caput Pompeij, ejusque annulum illachiy matus, & percussores aversatus est: familiares autem Pompeij periculo exemptos, benignè accepit, scripsitque Romanum ad amicos, quod quotidie cives aliquot servet, à quibus fuerat oppugnatus.

Ubide Pharsalica pugna rumor Romanum pervenit, diu fides non est habita, quia nec CÆSAR eā de re litteras dabat, ne videatur hac victoria latari: neque volebat de occiso POMPEIO triumphare, neque Romanis credibile videbatur, eum belli imperatorem qui tot jam victorias demessisset, tot copijs instructum, tantā aliās felicitate usum, uno prælio debellari potuisse. Posteaquam autem id creditum est, viso Romæ annulo ejus, in quo tria trophyæ insculpta erant, tum demum convicijs mortuum exagitārunt: tum Syllæ, tum Pompeij statuis, quæ ante rostra stabant, ignominiosè dejectis, CÆSAREM privilegijs & laudibus inter Deos retulerunt, & inepitā adulazione omnia concederunt, à quibus eum impedire non poterant. Acceptavit CÆSAR ex his favoribus ea quæ itabiliendo regno prudesse poterant, pontificatum maximum, Dictaturam, & consulatum, per quinquennium, Tribunitiam posttestatem per omnem vitam. Verbo CÆSAR,

REI

republicæ CAPUT, DOMINUS ROMANO-  
VUL & IMPERII ROMANI PRIMUS IMPE-  
ITOR regnare cœpit: non tamen absque  
ritia: nam Reipublicæ Romanæ libertas,  
Pompejo magno in acie Pharsalica vieto,) Cæsari quidem victori succubuerat, adhuc  
tamen victa & prostrata colluctabatur vi-  
tori suo per quatuor annos, ut incumber-  
tur adversarium suum variis motibus in  
Africa, & Hispania, ad dextram & sinistram  
accuteret, donec anno m. 4010. ante Chr.  
ii. veluti generosus athleta victorem qui-  
am suum ipsa evertit, Bruti, & conjurato-  
rum manu adhibita, mox tamen pluribus  
terum bellorum ieiibus concussa, OCTA-  
VIANI AUGUSTI potentia & industria  
genitus solo affixa, & exanimata est, facta  
republicæ, in imperium, transformatione.

CAJUS JULIUS CÆSAR RO-  
MANI IMPERII IV MONAR-  
CHIAE FUNDATOR natus anno m.  
754. ante Chr. 99. Olymp. CLXX.  
in i. urb. cond. 653. mense Quintili,  
qui postmodum in ejus honorem di-  
ctus est *Julius*, die mensis ejus duode-  
cimo. De eo dubitari potest, an plus  
nocuerit patriæ, an verò plus profue-  
scit; certè pessum data libertate nocuit  
Rei-

Reipublicæ, imperio autem profuit,  
quia Monarchiæ, quæ omnium gen-  
tium gubernationem antecellit, fun-  
damenta jecit. In moribus suis præ-  
tulit aliquid ventis, & tempestate si-  
mili, nullibi non motuum concita-  
tor, & ubiq; æmulo ambitionis æstu,  
altum spirans, & ambiens domina-  
tum. Præturam urbanam auspicatus  
est anno m. 3991. ante Chr. 62. per  
hanc abstergere conatus est suspicio-  
nem, quam ei consuetudo cum Cati-  
lina inusserat, & palam detestabatur  
crimen, quod ipse aliquando licet  
cautiùs perfecturus erat.

Ex præturæ officio ut quæreret ma-  
teriam triumphi, quo Pompejum Ma-  
gnum æmularetur, iter in Lusitaniam  
paravit: sed ingentium debitorum  
vinculis, quibus creditoribus pro sum-  
ma 830. talentorum obstringebatur,  
tamdiu retardatus est, donec *Crassus*  
sponsorem se obtulisset. In Lusita-  
niam cùm venisset, Hermonii montis  
incolas in planiciem demigrare jus-  
sit,

fit, ne videlicet loco ex natura sua  
tuto, ad prædas agendias abuterentur.  
Hæc prætendebat, non ignarus eos re-  
culaturos, atque ita se belli occasio-  
nem inventurum: quod etiam factum.  
Nam arma capientes oppressit, & vi-  
vidos metu percusso desertis urbibus  
fugientes invasit, & hostiliter diri-  
puit. His sibi aditum ad consulatu-  
tum jam factum esse existimans, Ro-  
manum non exspectato successore pro-  
fectus est, & seposita tantisper curâ  
triumphi, quem obstante lege, priva-  
tu[m] habere non poterat, consulatum  
ambiuit & emit, sperans in eo & longè  
majora se acturum, & splendidius tri-  
umphaturum; itaque ad hunc asse-  
quendum, cum Cæsar de se non satis  
posset, Crassum sibi atque Pompejum  
adjunxit: quibus etiam juramento  
confirmavit, nihil se nisi ex eorum  
consilio gesturum: sed illud quoque  
meditabatur, ut alterum alterius ope-  
ra everteret, & collis illis solus do-

mi-

330      ÆTAS VI. ab anno 6743.  
minaretur. Et hæc semina fuerunt  
evertendæ Romanæ libertatis.

Anno m. 3995. ante Chr. 58. cùm  
*M. Calphurnio Bibulo* consul creatus  
tyrannidi suæ prælusit. Primo qui-  
dom cùm indigeret pecunia, tria mil-  
lia pondo auri furatus in Capitolio,  
tantundem inaurati æris reposuit, om-  
nia munia addixit pretio, quæ antè  
donari consueverant, cò potentior,  
quò sceleratior, & tantum religiosus,  
quantum sua sineret ambitio. Tum  
quoque filiam suam Pompejo uxo-  
rem dedit, & ipse *Calpurniam* filiam  
*Pisonis* uxorem duxit, ut potentiam  
suam conjugiis firmaret, *Ciceroni* &  
*Lucullo* conflavit calumniam per *L.*  
*Vectium*, quasi iij mortem sibi atque  
Pompejo machinati essent; cùm ve-  
ró patefacta esset calumnia, *Vellius* in  
carcere strangulatus pœnas dedit suæ  
temeritatis. Odium tamen in Cicero-  
nem Cæsar non depositus, sed adver-  
sus eum *Clodium* protexit, & ad tri-  
bunatum promovit, ut pro potestate  
sua

sua Ciceronem urbe ejaceret. Arma  
deinde convertens adversus Helvetos  
novas sedes quærentes, facta pugna,  
& obtentâ victoriâ in suas redire com-  
pulit, & *Ariovistum* ex Germania  
transgressum, & *Eduos*, populi Ro-  
mani socios infestantem, tantâ clade  
delevit, ut per triginta millia passuum,  
& ad Rhenum usque campi cadaveri-  
bus Germanorum stercentur, &  
reliquos fluminis vortices haurirent,  
*Ariovistus* autem relictis suorum 80.  
millibus ægrè fluvium trajecerit: his  
gestis rediit in Galliam Cisalpinam,  
unde muneribus & promissis res suas  
imavit. Romæ hyeme populares  
suos, æstate hostes labefactans, vel  
auro, vel armis.

Anno m. 3997. Belgas aggressus  
Bellovacos, Ambianos, Atrebates,  
Nerinos perdomuit, & anno 3998.  
Pronapios, Morinos, Inalpinos, Le-  
zobios, Aquitanos, aliosque populos  
tum per se, tum per Legatos subegit.  
Ex quibus tantum auri collegit, ut  
habe-

haberet, unde Romanum emeret, cuius libertatem minus arma Cæsar is, quam pecuniae Gallicæ everterunt. Quibus peractis de more rediit in Italiam hyematurus.

*Cato* advertens minui libertatem Romanam in plurimis, ut posset cum auctoritate majore tyrannidi mature resistere, præturam ambiit, sed pecuniâ repulsus, & in ejus locum, agente Cæsare, inductus est *Vatinius*, homo ex omnibus sceleribus concretus, gementibus bonis, & certam Reipublicæ jacturam exspectantibus.

Anno m. 3999. pugnavit contra Suevos, eosq; in Ubis magnâ clade prostravit, mox Rheno ponte juncto Sicambros devicit, & ponte risciesso in Britanniam cogitavit, ubi cum classem Romanam tempestate perdidisset, ostensis tantum Romanorum armis, pacem à barbaris extorsit, rediensque in Gallias, Morinos ac Menquos spe cladis atque mortis rebellantes male accepit, eisque ostendit, se in

in Britannica expeditione neque vi-  
tum neque cæsum esse. Eodem tem-  
pore, quo Cæsar hæc ageret ad Sep-  
tentrioñem, Pompejus in utraq; Hispa-  
nia, & Crassus in Media & Parthicis pro-  
vinciis, copiis Romanis reges & regna  
everterunt. Sic enim per Trebonium  
tribunum plebis anno m. 3999. lata  
lex erat, ut Cæsari per triennium pro-  
rogato imperio, Pompejo, Crasso &  
Cæsari potestas esset exercitus colli-  
gendi, quantos vellent, bellum infe-  
rendi, quibus populis ac regibus ex-  
pedire videretur: erantque duces ex  
quo belli, quam auri sitientissimi,  
Crassus ex solo templo Hierosolymi-  
ano duo talentorum millia depræda-  
tus est.

Anno 4000. Cæsar ingentem ite-  
num exercitum & classem adversus  
Britannos paravit, motus Trevirorum  
compressit, turmas Æduorum Dum-  
norigis cæde antevertit, & Britanni-  
am populo Romano vectigalem fecit,  
redutq; in Galliam cum magna turba  
cap-

334. *ÆTAS VI. ab an. 3743:*  
captivorum, & præsentia suâ per to-  
tam Galliam erupturos motus com-  
pressit: semper & ubique vîctor, quia  
nihil procrastinabat.

Anno m. 4001. alterâ vice Rhenum  
conjunxit ponte, & quatuor legioni-  
bus auctus Senones, Carnutes, Neu-  
ros compescuit. Germanis autem  
resistere paratis, & inopiâ frumenti  
oculis obversante, mature repe-  
tiit Italiam, conventus Reipublicæ  
perniciofissimos habiturus & Romam,  
magistratum constitutorum æmula-  
tione concitatâ, perturbaturus.

Anno m. 4062. cùm Romam suis  
consiliis, molitionibus & magistratu-  
m innovatione, reprobatione, colli-  
sione plurimùm turbâsset (unde & cæ-  
dibus promiscuis urbs fœdata est) ite-  
rumq; effecisset, ut sibi imperium in  
Galliam prorogatum fuerit; ex urbe  
in Galliam rediit, & ægerrimè licet,  
contractis copiis suis Avaricum, Ger-  
gobiam, Alexiam improbo labore ce-  
pit & crudeliter exscidit; vîcto demum

VII

Viciniorige Galliam universam in  
provinciæ formam rededit, eamque  
plus stipendi Romæ pendere compu-  
it, quam reliquus orbis persolvebat: &  
quantum divitiarum iterum in Italiam  
retulit, quantum satis erat ad emen-  
dam Rōmam & libertatem evertendam;  
altero deinde anno ita ordina-  
vit, hanc provinciam universam, ut, si  
maxime vellet, non posset rebellare,  
legionibus per regionem ita sparsis,  
ut altera alteri auxilio esse posset, &  
nullam Romanæ provinciæ partem  
exercitus gravaret, & tamen parti om-  
ni metuendus immineret.

Anno m. 4004. cùm consules duos  
Romæ consilijs ac rebus suis adversa-  
tios haberet, L. *Æmilium Paulum* &  
*C. Claudium Marcellum* pecuniâ in  
duas partes utrumq; pertrahere cona-  
tus est, ne provinciam atque exerci-  
tum dimittere compelleretur: *Mar-*  
*cellum* frustra tentavit, *Paulus* autem  
vile & quingentis talentis suam au-  
toritatem vendidit: similiter tribu-

num

num plebis *C. Curionem* majore ad-  
huc pecuniâ labefactavit, qui egre-  
giam emptori suo operam navavit.  
Ipse enim CÆSARIS adversarium se-  
se fингens, inimicorum ejus consilia  
astutè subodoratus, donec videret  
CÆSAREM sat tutum præsidio legio-  
num suarum, palam prodiit, quis es-  
set: & factus est brevi tuba belli civi-  
lis. CÆSAR verò in Gallia ita sibi civi-  
tates & populos devinxit, ut ab om-  
nibus quasi cœlo delapsus genius re-  
ciperetur, & ingressus ejus in urbes  
passim speciem triumphantis præfer-  
ret, effecitque, mirâ in militem suum  
indulgentiâ, ut haberet eum rebus  
suis addictissimum, & plus sibi, quam  
consulibus obtemperantem; dimis-  
sis etiam viritim millenos nummos  
distribuebat, ut evocati, cui aliquan-  
do paruissent duci, meminissent. Hæc  
Pompejus ignorabat, & putabat co-  
pias Cæsarî militiâ fessas, statim ad  
partes suas, quas Reipublicæ esse dice-  
bat, transvolaturas, ideo nullos mili-  
tes

usq; ad an. mundi 4052. 337

res scribebat, satis esse sibi dictans, si  
pide terram supploderet, ex qua armata  
legiones erumperent. Intellexit autem  
miser paulò post, quā longè sapien-  
tis Cæsar rēs suas instituisset.

Anno 4005. consulibus *Marcello*  
& *L. Cornelio Lentulo* latens ignis ha-  
stenus sub dolosis cineribus manife-  
sto incendio erupit, quo Reipublicæ  
salus, civium vita & Romana liber-  
tas mox conflagratura corripiebatur,  
*Cesarem* inter & *Pompejum* bellum il-  
lad civile exarsit, qno nihil funestius,  
nihil magis exitiale Roma vidit,  
quamdiu stetit. De hoc bello & ex-  
tu dictum suprà.

Cæso Pompejo & Româ jam suæ  
potestatis factâ, suscepit an. m. 4007  
bellum Alexandrinum, *Arsinoë* enim  
per *Ganymedem* nutritum suum Achil-  
on interemit, illumq; Ægyptiacisco-  
nis præfecit ulta dolorem suum &  
Pompeji necem. In hoc bello Cæ-  
sar magnum adiit periculum, quan-  
d' nave degravatâ ad *Pharum* ena-

P tare

338      **ÆTAS VI.** ab an. 3743.  
tare coactus est inter hostium tela  
perdito paludamento. Cæsar in au-  
xilium tum venere *Mithridates* Per-  
gamenus, & *Antipater* cum tribus  
Judæorum millibus ab *Hyrcano* pon-  
tifice missus. Suis autem copiis ca-  
stra *Ptolomæi* oppugnavit, ex quibus  
dum Rex ipse fugit, aquis haustus  
interiit, postea agnitus ex aurea lori-  
ca. Sic Cæsar potitus est Alexandria,  
& *Cleopatram* alteri *Ptolomæo* Juniori  
dedit uxorem, de se jam gravidam,  
ideo natum ex ea infantem *Cæsarionem*  
Ægyptij appellârunt. *Arsinoe* ad tri-  
umphum in Italiam missa, ne quid in  
Ægypto turbaret.

Transiit posthac CÆSAR in Palæ-  
stinam, ubi *Antipatrum* rebus suis ser-  
vientem creavit procuratorem Ju-  
dææ, Præside *Sextio Cæsare*, eumque  
Romanâ civitate & dynastiâ, quam  
vellet, donavit. Quibus favoribus vi-  
am ad Judææ regnum suis *Antipater*  
patefecit.

His constitutis perrexit CÆSAR An-  
no M.

usq; ad an. mundi 3743.

339

om. 4007. ad Pharnacen turbas mo-  
ventem in Ponto, jamque Domitio &  
Septaro armis superiorem factum.  
Hunc tam citò uno prælio delevit, ut  
Pontico triumpho præferret hunc  
vulnus: *Veni, vidi, vici.*

Ordinatis rebus Asiaticis Romam  
versus, multos sibi demereri insti-  
tuit ancto numero magistratum &  
allegiorum, equitibus in senatum  
electis, ut hic esset copiosior, om-  
nia fecit, quæ suam non minuerent,  
ad augerent potestatem, præmia  
vis permiscens.

Anno m. 4008. tertiam dictaturam  
bellum simul suscepit Africanum,  
Varum Iubam, Scipionem, Cato-  
m. Octavium, Cn. Pompejum ma-  
rque Pompeij filium, C. Cassium, Petre-  
m, Afranum, Labienum aliosq; om-  
ni hostes Cæsaris & amicos Pompeij  
igni, ejusq; duces & affeclas pro-  
pavit, quinquaginta hostium milli-  
cæsis, & inde reversus Romam,

P 2

qua-

340      *ÆTAS VI.* ab an. 3743.  
quater triumphavit quatuor diebus,  
de Gallia, Ægypto, Pharnace, & Juba  
in Africana expeditione superato.  
Censum quoq; habuit, in quo depre-  
hensum est dimidio pauciores cives  
esse, quàm ante bellum.

Tametsi hæc omnia bene fuisse Cæsar,  
omnium tamen benefactorum gloriam de-  
decorasset, quod Romam evocaverit post  
triumphos suos *Cleopatram*, quæ cum ma-  
rito apud Cæsarem deinceps cum summa in-  
famia Cæsaris habitavit; postea enim cum  
multis donis remissa, filium sibi natum de-  
nomine Cæsaris appellari passa, ostendit,  
quàm parum castè usa fuerit hoc contu-  
bernio.

Anno m. 4009. confecit ultimum <sup>aper-</sup>  
prælium in Hispania contra filios <sup>atqu</sup>  
*Pompeij Magni*, in quo non pro victo. De-  
ria, sed pro vita se pugnasse ajebat, comple-  
decretorio certamini summa bellum mu-  
comissa est, ad Mundam Boeticam con-  
urbem, in qua utrumque aut vincere <sup>m à se</sup>  
aut mori parati decertarunt. Pom-<sup>mo, C</sup>  
pejani tandem ( quibus *Labienus* fe-  
stinantiūs succurrens videbatur fugere Ma-  
re), &

iebus, & Juba cadentes animis, ex errore fugam  
 operato, depre- tam apprehenderunt, arenam vi-  
 s cives toriamq; cesserunt Cæsarianis, suo-  
 m trigiuta peditum millibus, &  
 m tribus millibus cæsis, trede-  
 belli ducibus captis. Munda quo-  
 t Cæsar, obsessa cadaveribus & pilis inter-  
 triam de- connexis pro vallo, brevi post à  
 erit post Fabio capta est. *Cn. Pompejus* cum  
 cum ma- nima in- navibus fugit; sed fugientem Di-  
 nim cum insecurus comprehendit, & ac-  
 natum de nisis navibus occidit. Sic ubicun-  
 ostendit, ne viribus restauratis Pompejani  
 e contu- uneri suo mederi volebant, majore  
 ltimum oper plagi percussi, insanabiles fa-  
 ra filios, atque tandem consumpti sunt.  
 o victo- Denum & CAJO JULIO CÆSARI sua  
 e ajebat, completa mensura est AN. M. 4010. cùm  
 na bellum multa ambitiosius ageret, odium  
 Boeticæ conflavit. Itaq; conjuratum est in  
 vincere in à sexaginta viris ( ducibus *M.*  
 Pom-*mo*, *Cassio*, *Marcello* & *Decimo Brus-*  
*ienu* fe.) & constituta dies ejus cædi Idi-  
 tur fugiis Martiis : hanc diem ut declina-  
 re), & ab ea sibi caveret admonitus,

344 **ÆTAS VI.** ab an 3743.  
neglexit. Quare eodem die in se-  
natum veniens, ibidem ad Pompeji  
statuam viginti tribus plagis confos-  
sus est. Vir omnino MAGNUS, &  
tantò major *Alexandro*, quantò Persis  
ab hoc domitis Romani libertate ab  
illo exuti præcelluerunt. Cæde per-  
petratâ statim *M. Lepidus* forum, con-  
jurati Capitolium occupant, liberta-  
tem inclamantes; adeò delicato no-  
mine *aurea libertatis* plebs & ordines  
deliniti, quantumcunque Cæsar is vi-  
& toriis alias applauerunt, ejus tamen  
interne cione ad arma non essent com-  
moti, nisi *Antonius* consul seditiosa  
concione motus concivisset. Ex per-  
cussoribus autem Cæsar is, nemo tri-  
ennio amplius supervixit, & nullus  
siccâ morte defunctus, sed omnes ali-  
enâ manu sublati sunt, ita Deo san-  
guinem pro sanguine repetente.

**OCTAVIANUS CÆS. AUGUSTUS**  
*Et cæmulus ejus*  
**ANTONIUS.**  
**O**ctavius postea Octavianus  
Augu.

Augustus dictus, Patre OCTAVIO ab  
Accia sororis *Julij Cæsar*is filia geni-  
us an. m. 3991. ante Chr. 62. die 28.  
Septembris, testamento *Julij Cæsar*is  
adoptatus, & ex dodrantehæres con-  
stitutus, non tantum honorum, sed  
etiam nominis. Hic igitur morte *Julij*  
auditâ sexto mense postquam Apol-  
oniâ doctrinæ causâ venerat æta-  
is suæ anno vigesimo, tum quidem  
nihil movere ausus est, quia nihil ad-  
iuc de testamento *Cæsar*is acceperat,  
la cades à populo approbata dice-  
atur. Posteaquam autem Brundu-  
cium transmisisset, ibiq; factus certior  
de testamento & populi voluntate,  
sagnam secum vim pecuniae, mili-  
umq; à *Cæsare* ad Parthicam expe-  
ditionem præmissam haberet, assum-  
it statim *Cæsar*is nomen, & hære-  
tam ejus se professus, ea agere co-  
se, quæ ad imperium cum hæredita-  
tadeundum conducere videbantur,  
ius tantâ moderatione in omnibus,  
juvenes audaciâ, & senes pruden-.

**ÆTAS VI.** ab anno 3743.  
tiā superaret. Primò enim ad nomen  
*Cæsar* magnus ad eum factus est ami-  
corum Cæsaris militumq; concursus :  
deinde ingressus in urbem , nullam  
præ se tulit voluntatem ultionis su-  
mendæ ob Julij cædem : tertio *An-*  
*tonium* sibi maximè consulari suā po-  
tentia adversantem demereri studuit:  
quartò pecuniam plebi à Cæsare pro-  
missam statim se persoluturum spo-  
pondit, & ludos à Cæsare destinatos  
suis ipse sumptibus edidit. His ami-  
cos sibi devinxit, & ab *Antonio* mul-  
tum avertit ; cui etiam, cùm multūm  
ab eo despiceretur, veteranorum co-  
acto exercitu palam se opposuit, &  
milites ejus numerato majore stipen-  
dio ad se magna ex parte attraxit.

Demum invalecente indies inso-  
lentiā *Antonii* , per Ciceronem (qui  
classicum potenter cecinit) Romano-  
rum hostis declaratus est, & bellum  
contra eum à consulibus *Hircio* &  
*Pansa* quibus *Octavius* se conjunxit  
pro consulari potestate fortiter susce-  
ptum

ptum, & pugna ad Mutinam conserta  
est: in quo primò Prætoriani Cæsa-  
ris pleriq; deleti, subveniente autem  
*Hircio*, qui fessos *Antonij* milites in-  
vitos ad pugnam restaurandam com-  
pulit, vieti Antoniani, & *Antonius* ver-  
sus Alpes transfugere coactus est.

Petuit ad hæc *Octavianus* triun-  
phum ac deinde consulatum, sed *Bru-*  
*to* contrà nitente, & sinistris suspicio-  
nibus animos intoxicante, Cæsar ab  
utroq; repulsam passus, cum *Antonio*  
reconciliatur, & in eandem animo-  
num & armorum societatem adscisci-  
*Lepidus*, qui cum septendecim le-  
gionibus antea cōjunctus erat *Antonio*.

Inde turpissimus inter *Octavianum*,  
*Antonium* & *Lepidum* triumviratus, &  
ex hoc nefanda quædam & crudelia  
seclera emerserunt. Cicero natus an-  
nos 64. optimè de Augusto meritus  
iniquissimè proscriptus est: Ciceroni  
adjecti trecenti senatores, equites bis  
ville, quorum tamen aliqui ad *Bru-*

346      ÆTAS VI. ab anno 3743.  
rum & Cassium in Macedoniam, aliqui  
ad Sextum Pompejum in Siciliam, ali-  
qui ad Cornificum in Africam profugi-  
evaserunt, reliqui immaniter jugulati  
tragœdiæ luctuosissimæ materiam  
suffecerunt. Scribit Velleius in hac  
proscriptione & internecione anim-  
adversam fuisse summam fidem, in  
proscriptos maritos, uxorum : liber-  
torum autem medium : servorum ali-  
quam: liberorum nullam.

Anno m. 4012. cum *Marco Bruto*  
& conjuratorum principibus *Ostavius*  
& *Antonius* acie decertarunt in Thes-  
salia ad urbem *Philippos*, in qua pu-  
gna *Cassius* ratus per errorem totum  
exercitum fusum esse, ultro sibi mor-  
tem consivit; *Brutus* quoq; desperatâ  
servo suo obtulit, quo *Julium* inter-  
emit. Scribuntur in hac pugna Ro-  
manorum centum quinquaginta mil-  
lia interiisse, tantâ obstinaciâ utrimq;  
pugnatum est.

Anno

*usq; ad an. mundi 405<sup>2</sup>* 347

Anno m. 4013. *Octavianus & An-*  
*tonius* ita inter se Romaum imperi-  
um diviserunt, ut huic *Oriens*, illi Oc-  
cidens cederet; jam enim hi duo de-  
spiciebant *Lepidum* & ceu fautorem  
Pompejanorum exauctorare medita-  
bantur: his autem duobus ambitio-  
sissimis viris *Antonio* & *Ottaviano* vix  
orbis totus sufficiebat. *Antonius* post  
haec expilavit Asiam, *Ottavianus* in  
Occidente pecuniam extorquebat, si-  
quidem uterque multo egebat auro,  
spote qui singulis militibus quinque  
achmarum millia præter stipendia  
comiserant.

Anno m. 4014. *Antonius*, ut novo  
duculo constringeret ruptum non-  
nulli fœdus cum Cæsare, *Ottaviam*  
uxorem Cæsaris dicit uxorem (mor-  
bi jam ex ægritudine *Fulviā* suā,  
nam uxorem habuerat) & nuptiis  
tractis *Antonius* ad bellum Parthi-  
cum, *Cæsar* ad Iopiendo Galliæ tu-  
ultus profectus est.

Anno m. 4018. *Cæsari* nascitur filia

P 6

*Julia*

*Julia*, quæ postmodum *Marcello* Agrippæ, ac postremum *Tiberio* nuplit, *Antonius* autem ex *Cleopatra* suscipit *Alexandrum & Cleopatram*, qui bus *Sol & Luna* indidit nomen; quasi non tantum Deus, sed & parens esset Deorum. Suæ autem Cleopatræ reginæ amoribus ita se dedit, ut totas ei provincias donaret, & magis de Cleopatra, quam de susceptis expeditionibus cogitans, omnia ageret ita perturbatè, ut non tam amare, quam insanire videretur. Unde duobus præliis rem pessimè gessit contra Parthos, & vix tertiam suorum partem reduxit, ex eo tantum victorem se ratus, quod non perdiderit omnia.

Æmulabantur interea *Cleopatra* & *Ostavia*, mulieres duæ moribus dissimillimæ. *Cleopatra* redeunti in Syriam *Antonio* cum vestibus & immensa pecunia obviam occurrit, ut non tam bellicis laboribus, quam impuris desideriis languentem *Antonium* & exercitum reficeret: & creditur hanc pecuniam

cuniam ab ipso Antonio accepisse, ut  
suo ac Cleopatræ nomine distribue-  
ret, & benevolentiam militum ac fa-  
mam magnam conciliaret. Sed &  
*Oktavia* ad Antonium navigavit cum  
multis vestibus, multis jumentis, &  
delectâ militum manu, ut obsequiis  
conjugalibus æmularetur, & supera-  
ret Cleopatram; verum *Oktavia* Athe-  
nis jussa subsistere, in speciem quoni-  
am ejus in Syriam adventum bellum  
Parthicum non pateretur, re verâ au-  
tem quod Antonius impuris Cleopa-  
træ complexibus irretitus esset.

Cæsar interea, (socorditer & mu-  
liebriter rem agente *Antonio*) felici-  
bus præliis Siciliam invasit, *Sextium*  
*Pompejum* delevit navalı pugnâ: *Le-*  
*pidum* exauctoravit, & privatum vi-  
vere coëgit, & de Sicilia victa trium-  
phavit.

Anno m. 4020. *Antonius* regem  
Armeniæ *Artavestam*, quia diuturni-  
tatem belli ob Cleopatræ absentiam  
fusti-

ÆTAS VI. ab an. 3743:  
sustinere non poterat, dolo ad se evo-  
catum comprehendit, & aureis com-  
pedibus vincitum traxit Alexandriam,  
ubi Alexandrinis epulum dedit, in  
duobus thronis aureis, super argenteo  
tabulato sedens ipse cum Cleopatra,  
suisq; liberis, & concessionem habuit ad  
populum, quâ Cleopatram *Reginam re-*  
*gum*, Cæsariensem autem *regem re-*  
*gum* appellari jussit; suis item ex  
Cleopatra liberis assignavit regna,  
*Ptolomæo* Syriam & Asiam minorem,  
*Cleopatra* Africam & Cyrenaicam,  
*Alexandro* Armeniam & Parthiam.  
Quâ profusione ostendit, quid exspe-  
ctandum sit ab iis principibus, qui se  
muliercularū amoribus irretiri sinunt.

Anno m. 4022. *Octavianus* Romæ  
in senatu comparuit, refutaturus ea,  
quæ acerbius contra se dicta fuerant  
ab Antonianis; ex his autem tum con-  
sules, tum Senatores multi ante diem  
indictum ad Antonium confugerunt;  
quibus acceptis *Antonius*, & habito

præ-

præsentium amicorum suorum sena-  
tu, Octaviam repudiavit, domoque  
ejecit fœminam, quâ indignus erat  
Antonius. Et quia undecim reges ha-  
bebat fautores, quorum sex aderant,  
& quinque auxilia miserunt, bellum  
deinde contra Octavianum suscepit.  
Dubitavit plurimum Antonius, an se-  
cum Cleopatram ad bellum traheret,  
quamvis ipsa ducentas haberet naves,  
& viginti millia talentorum, multum  
que commeatum: persuasus tandem  
Canidio (quem Cleopatra magnâ  
mercede induxerat, verita ne Octaviæ  
reconciliaretur) fatalem fœminam  
secum Ephesum deduxit, naëtus per  
hoc Titium & Plancum acerrimos ini-  
micos, hi enim dissuaserant, Cleopa-  
tra comitatum.

### Pugna Actiaca Octavia- num inter & Antonium.

A Nno m. 4023. pugnatum est à Cæsare  
& Antonio ad Actium in sinu Ambracio.  
Antonio in hac pugna planè fatalis fuit  
Cleopatræ præsentia, hæc enim in anchora-  
ris

352      **ÆTAS VI.** ab an. 3743.  
ris stabat post pugnantem classem, & cùm  
diuturni conflictus impatiens esset, signo  
suis dato, vela fecit, & secundo vènto usa  
Peloponèsum flexit, Cyprum, & inde  
Ægyptum petitura. Antonius opinatus  
Ægyptios non jussu Cleopatræ, sed metu  
fugere, ipse quoque secutus, reliquæ classi  
timorem incussum; quæ nihilominus in pu  
gna perststit ad decem horas, donec Cæsa  
riani incendio pugnare cæperunt, quo  
multæ naves cum vectoribus, & quidem ex  
navibus Cleopatræ 140. incensæ per ignem  
& aquam extinctæ sunt: stetitque victoria  
Actiaca, & per hanc totum Imperium apud  
**Casarem Octavianum Augustum.** Stabant  
adhuc in littore viginti legiones pedestres,  
& duodecim equitum millia, quibus Anto  
nius res suas reparare poterat, nisi mentem  
perdidisset. Hæ igitur copiæ, etiam post  
Antonium fugâ dilapsum (quia incredibilis  
videbatur fuga tanti viri, qui tot præliis in  
terfuerat) stabant in officio adhuc septem  
continuis diebus, missosque ab Octavia  
no legatos constanter rejecerunt. Cùm ve  
rò Dux eorum noctu profugisset, ab omni  
bus quasi prodi & deserti in castra Cæsa  
ris transierunt. Antonius autem & Cleo  
patra cùm ad Peloponèsum simul navigâ  
sent, divisi sunt: hæc quidem quasi viætrix  
in Ægyptum ingressa, subditis suis callidiſ  
simè

usq; ad an. mundi 4052: 353  
x cùm signo co usa inde natus metu classi n pu- Cæsa- , quo em ex gnem ctoria apud abant stres, Anto- entem in post libilis iis in- septem tavia- um ve- omni- Cæsa- Cleo- vigi- vixtrix illidif- simè  
fide illusit, ne fortè, tumultu inter suos ex- orto, periret. Ibi ut securior esset, eos omnes sustulit, à quibus sibi quoquo modo intimidare peterat, si clades innotuisset, torumque bona diripuit, sana insuper expilavit, ut suum ærarium exhaustum reficeret. Antonius quoque ubi ubi poterat, auxilia postulavit, & copias comparavit, perditam fortunam reparaturus: conjunctique iterum Anno m. 4024 Antonius & Cleopatra, cùm armis frustra tentâssent omnia, precibus ab Octaviano pacem postulant; & Cleopatra quidem sceptrum aureum, corona auream, sellam regiam Cæsari pla- cando misit, quasi regnum cum iis signis tradens, ut si exosum omnino Antonium haberet, saltem sui misereretur. Cæsar acceptis munieribus Antonio nihil respon- dit, Cleopatræ autem occultè regnum & impunitatem promisit, si Antonium occide- ret. Quibus promissis illa inducta (quasi mox Octavianum, sicuti olim Cæsarem & Antonium, deinceps in potestate habitura esset) Cæsari Pelusium occultâ proditione tradidit, quin etiam, cùm capto Pelusio Cæsar Alexandriam veniret, publicè qui- dem præcipiebat, ut hosti occurrerent, oc- cultè tamen urbe cives exire prohibebat: fecit insuper, ut, cùm Antonius & Cæsar concurrerent, naves ab eo ad Cæsarem transfugerent.

Ipsa

Ipsa autem composito dolo muliebri insilij in sepulchrum suum atque exinde fictum mortis suæ nuncium misit: quo accepto Antonius quoque confessim mortem sibi illatus in ferrum suum irruit, cumque patefacto vulnera semianimis adhuc palpitaret, iussit eum Cleopatra ad se pertrahi, in cuius gremio victima insanii amoris animam exhalavit. Rem omnem Cleopatra primò per nuncios Cæsari significavit, confidens promissis: deinde colloquium petiit & impetravit, ejus tamen amorem non potuit, quibuscumque uteretur blandimentis, expugnare: sed potius Cæsar oculis in terram fixis, jussit quidem animo bono esse, de cætero autem in triumphum suum veluti speciosissimum ornamentum arcte custodivit. Quam illa pompam verita, morte sponteā prævenit, exaratis ante mortem litteris, quibus petiit cum Antonio suo sepe liri in suo monumento Alexandrino.

*Antyllus* quoque filius Antonij ex *Fulvia*, quanquam ei filia Cæsaris jam fuerat deponata, ex sacello Julii Cæsaris retractus, jugulatus est: idemque accidit *Cæsarioni*. Direptio autem Alexandrinæ urbis pretio redempta & victori militi stipendia liberliter soluta sunt. Sic cum Cleopatra sua interiit Antonius, vir futurus orbis dominus, nisi mulieri subditus sui dominium permisisset.

Sub-

Sublatis æmulis post hæc imperavit *Augustus*, & uno mense sextili triumphos egit, Dalmaticum, Actiacum, Ægyptiacum: iterumque bella novorum triumphorum semina perduces suos per aliquot annos seminavit, cum Cantabris, cum Asturibus, cum Phraate Phætorum rege, cum Armenis tumultuantibus, & pro Artabazano, *Tigranem* repetentibus.

Anno m. 4031. Iudos Romæ celebavit *Augustus* sœculares cum ingenti apparatu, non quod id temporis ratio, sed voluntas Augusti exigeret, anctâ firmatâque suâ familiâ vix se se capientis: præsertim quod compositis gravioribus bellis inciperet Roma tranquilliora tempora vivere, jamque templum Jani alterâ vice clausum fuisset: gaudia augebat Augusti benefica virtus, æquitas, & cum potentia ac majestate conjuncta benevolentia in omnes & liberalitas.

Anno m. 4042. *Octavianus* nomine totius senatus à Consule *M. Valerio Mess.*

356      AETAS VI. ab anno 3743.

Nicessala, & P. Sulpitio Quirino PATRIÆ  
PATER appellatus est, cui ille lachry-  
mans respondit, optare se, ut perpetuò  
eā appellatione dignus esset, neg, unquam  
eam factis refelleret; quæ responsio at-  
que lachrymæ eum hoc nomine di-  
gnissimum probaverunt. Eodem an-  
no suam liberalitatem ostendit, quan-  
do Asia terræ motu vehementer affli-  
cta fuit, ipse ex suis pecuniis tributum  
à miseris pendi solitum ærario  
pensitavit, ne cum Reipublicæ detri-  
mento ipse misericors fuisse vide-  
retur.

Anno m. 4043. templo Jani iterum  
referato, per Drusum bella gessit in  
Germania, vicit Dalmatas, & Panno-  
nios, iterumq; clauso Jani templo ma-  
gna Romæ tranquillitas fuit.

Anno m. 4051. fœda tempestas Au-  
gusti domum concussit, filiæ enim ejus  
*Julia* (absente *Tiberio* marito) libidi-  
nes erupérunt, quibus involuti aliquot  
viri nobiles capite luerunt, inter quos

L. An.

L. Antonij filius, Triumviri nepos. Id adeò pupugit Augustum, ut præ pudore diu publico caruerit, & de ea necanda consultaverit. Certè in Insulam desertam hanc relegavit, eiq; vino & omni delicatiori cultu interdixit, vetuitq; ad illam, ullum libertum aut servum se inconsulto accedere; eadem quoque à marito *Tiberio* Augusti auctoritate repudiata est. Itaque nobilissima mulier, Imperatoris filia, Cæsarum mater eò dejecta est, ut non aliter, quam *carcinoma domus sua* ab *Augusto* patre vocaretur.

Anno m. 4052. exiit edictum ab *Augusto*, ut describeretur universus orbis, & descripta est Palæstina à *Sulpicio Quirino* seu *Cyrino Caij* moderatore. Probabile quidem est hanc descriptionem ab ipso *Augusto* non fuisse imperatam, sed potius à *Cajo* nepote *Augusti*, Præfecto Orientis: sæpe enim à Præfectis & Satrapis fiunt nomine Principum, quorum ipsi penitus ignari sunt. Ab *Augusto* tamen facta descrip-

scriptio dicitur, quia vulgo ab ipso imperata credebatur, jactatumque fuit omnibus gentibus Romano imperio subditis communem esse, ne Judæi in rebellionem proclives tumultuerentur, si in eorum tantum capita pendenda pecunia pronunciata esset.

Ad anni hujus exitum imperium Octaviani Augusti & orbem universum nativitate suâ illustravit desideratissimus per quadraginta sæcula, & supra octoginta mundana Jubilæa expectatissimus conditor regnum, rex regum augustissimus inter Augustos JESUS CHRISTUS.

Post Christi in terris adventum vivit Augustus Octavianus annis adhuc quindecim, & vivendi ac regnandi finem fecit Nolæ in Campania, an naturali fato, an sicubus veneno illitus, dubium faciunt historici. Susceptus est magnâ pompa Romæ, crematusque quasi *Patriæ Pater*, sed & *Servilius Numerius* vir prætorius, ut quondam *Proculus Romulum*, sic Augustum se videt.

*usq; ad an. mundi 4052.* 359  
vidisse ascendentem in cœlum jurejunto affirmavit, ideoq; recepit, à *Lividonum* decies *sestertium*, ut mendacium ejus non tantum fuerit officiosum, sed etiam pretiosum.

၁၆၂၀ ၁၆၂၁ ၁၆၂၂ ၁၆၂၃ ၁၆၂၄ ၁၆၂၅ ၁၆၂၆ ၁၆၂၇ ၁၆၂၈

§. 5. *Orius & Occasus*  
Regnorum.

**R**Eferre omnia regna minora, quæ durante Græcorum imperio vel ortum vel occasum habuerunt, longum nimis esset, eorum tantum regum & regnorum catalogi hic subijcierunt, quorum in historia Græca vel Romana fit cœbrius mentio, & notitia ad historiarum catenam nectentiam utilior est.

REGES BITHYNIAE V. ÆTATE.

ZIPPOETES Thrax occupavit Bi-  
dyniam dissidentibus inter se civili bello  
acibus ALEXANDRI \* II. NICOME-  
ES I. cognomento Magnus \* III. ZELA  
oblatum in conivio à Galatis, quibus ipse  
infi-

360      AETAS VI. ab anno 3743.  
insidias struxerat \* IV. PRUSIAS cogno-  
mine νονυμὸς vir totus effeminatus, &  
deditus cupiditatibus \* V. NICOMEDES  
II. EPIPHANES dictus propter mores op-  
timos & benevolentiam, quam sibi apud  
Romanos conciliarat, ad necem à patre  
destinatus, eandem patri intulit. Urbis  
Apamea conditor, quam à Matre sua  
cognominavit \* IV. NICOMEDES II.  
cognomento PHILOPATER à Mithridate  
exagitatus bellis, & à Romanis protectus,  
quorum castra ad Sylla victorias usque se-  
cutus est \* VII. NICOMEDES IV. prae-  
rito Nusa filio, Romanos testamentore regni  
hæredes instituit Olymp. 76. ante Chr. 71.

REGES PONTICI V. AETATE.

I. MITHRIDATES II. qui post mortem  
ALEXANDRI Magni ab Antigono fra-  
tre Alexandri ad necem quasitus defecit,  
& regnum à Mithridate primo ARTA-  
BAZIS filio amissum recuperavit \* II.  
MITHRIDATES III. magnis incrementis  
regnum auxit \* III. MITHRIDATES  
IV. \* IV. PHARNACES I. \* V. MI-

THRI-

THRIDATES V. usus est amicissime Annocho Magno, cui è filiabus alteram coluavit \* VI. PHARNACES II. pugnavit contra Sinopenses, & Sinopem urbem magnificè exornavit. Ab hoc rei herbarie studiosissimo PHARNAEON herbano-  
men habet \* VII. MITHIEATES VI.  
Iuvit Romanos contra Carthaginenses,  
scis & amicus eorundem.

VIII. MITHRIDATES VII.  
cognomento Magnus, dictus etiam DIONYSIUS. Militavit cum Roxanis, qui une dicuntur Russi vel Moschi, & uno anno cecidit eorum 50000. In bello contra Romanos habito edicto suo effecit, ut uno die per Asiam 150000. Romanorum urbium necarentur, vir fuit incompara-  
bilis memoria, & 22. linguarum gnarus, pro nationibus imperabat. Scythes domi-  
nauit: Cappadociam occupavit; Asiam complexus animo, ut suis triumphis adi-  
uet, totam prius incognitus peragravit, omnium urbium sium exploravit. Iun-  
iacum NICOMEDE rege Bythinia socie-  
te, Paplagoniam invasit, & mox Ga-  
latiam

Q

362 ÆTAS VI. ab an. 3743.

latiam. Romanis per 40. annos fortissime restitit, donec tribus ingentibus praliti felicitate LUCULLI, virtute SYLLE, magnitudine POMPEII (qui contra eum Cimbros, Gallo Gracos, Sarmatas Basternas, Scythas & totum Orientem armari) consumptus est; solitus est quotidie, ne veneno tolleretur, 20. ruta folia, duas caricas admixto sale jejunus capere.

Invenior fuit Antidoti, quod hodie MITHRIDATICUM appellatur contra venenum. Usus est canibus ad custodiam sui corporis, item tauris, equis & cervis, qui dormiente ipso proderent vocibus suis adventantes.\*

IX. PHARNACES III. JULIO CÆSARI bellum inferre ausus, summâ celeritate vi- etus est, ut diceret Cæsar: veni, vidi, vi- ci.\* X. MITHRIDATES. VIII. à CLAU- DIO extorris factus & à Nerone recepitus ac veniam donatus, demum à GALBA occi- sus est, quia in calvitiem & rugas ejus procacibus verbis lusit. Cum hoc linea ARTABAZIS expiravit, & ex familia ZE- NONIS Laodicensis securi sunt, POLB- MON

u/q ad an. mundi 4052: 363

ION I. filius ZENONIS pugnavit in bello  
Hiac pro Antonio, sed Casari postmo-  
reconciliatus\* POLEMON II. ut nu-  
a eum  
Baster-  
sārat)  
ne ve-  
cari-  
hodie  
rave-  
odiam  
ervis,  
us suis

Berenices filia Agrippa regis Iuda-  
im potiretur, circumcidit se passus est;  
q illa, ebrietate ejus & intemperan-  
tia, rursus deseruit eum, ipse quo-  
nudismo rejecto ad gentiles supersti-  
tiones rediit. Post hunc Ponticum re-  
num à CALIGULA, provincia facta &  
OLEMONIACUS dicta est.

• 550 • 550 • 550

## REGES MEDIÆ MINORIS V.

### ÆTATE.

I. ATROPATUS post obitum Alexan-  
Medium minorem à Macedonibus  
ensam, sibi subjecit, & tenuit per poste-  
rus usq ad tempora AUGUSTI OC-  
IANI: de posteris autem ejus nomina-  
in historijs nihil invenitur usq ad  
DARIUM, qui in Pompei magni trium-  
inter reges viatos legebatur propter  
unitatem cum MITHRIDATE EUPATO-  
& ANTIOCHO COMMAGENO ac TI-  
ANE, Post DARIUM regnavit filius ejus

Q 2

AR.

364      ÆTAS VI ab an. 3743.

ARTUASDES, qui à Parthis expulsus, ab  
ANGUSTO honorifice receptus & habens,  
filius autem ejus ARIOBARZANES ob cor-  
poris insignem formam, & præclarum ani-  
mum Armenis prefectus est.

• 0550

• 0550

• 0550

REGES PERGAMENI V.  
ÆTATE.

I. PHILETÆRUS post mortem Se-  
leuci I. regnare caput \* II. EUMENES I. in-  
teriit immoderata ebrietate \* III. AT-  
TALUS I. EUMENIS I. patruelis, virtu-  
ris & doctrina præstantia clarissimus &  
IV. EUMENES II. celebrat hujus Eu-  
MENIS studium circa Bibliothecas Plio-  
nius, in quem finem pro libris conscri-  
bendis usum membranarum tunc primum  
Pergami instituit & pergamenta inde ca-  
gnomenum retinet. Habuit autem bi-  
blioteca Pergamenis voluminum du-  
centa millia: Quam totam postmodum  
Antonius dedit Cleopatra, & Alexan-  
driam transulit \* V. ATTALUS II. me-  
moratur hic in regibus sociis Romano-  
rum I. Mach. 15, laudatur, à SyIDA sibi  
gratias.

usq; ad an mundi 4052c 365

ies, ab illiter ob reverentiam erga matrem  
abutus, CROLLO N LADE M virtute ornatissimam  
ob cor- minam, quam manu ad tempia & per  
mani- alias, quocunq; illa moveretur, deduce-  
u\* VI. ATTALUS III. Parricida cru-

USSIMUS matris, fratri & cognatorum  
urum cade infamis, demum ob tam ne-  
via parricidia conscientia stimulis agi-  
uu, regni curâ abjectâ cepit hortos fo-  
re, & cerdonicam tractare. Refert  
em Se- s I. in- Autarchus eum plantasse herbas, & se-  
I. AT- vira ex illis collecta succosq; expressos  
imis & niciis dono misisse; Moriens regnum  
us Eu. um testamento Romanis legavit, ARI-  
as Plin. ONICO notho fratre frustra id impedi-  
conscris volente, qui à Romanis bello captus, &  
orimum carcere jussu servatus, strangulatus est.

nde co- 0650 0650 0650  
tem bi.  
um du- EGES PARTHICI V. ÆTATE.

medium I. ARSACES I. PARTHUS victo AN-  
Alexan- AGORA Praefecto SELBUCI CALLI-  
II. me- CI, occupavit Parthiam, & renuit  
omanos center; vir animi regij & virtute bel-  
IDA spe- Q 3 licâ  
cialli

licâ conspicuus \* II. ARSACES II. mirâ virtute pugnavit contra ANTIOCHUM Magnum, qui 100000. peditum & 20000. equitum producebat, quibus ita restituit, ut pace initâ in societatem armorum ab eo rogaretur \* III. PAMPACUS\* IV. PHARNACES vîctor Mardorum, vassiliissimi Mediae populi \* V. MITHRIDATES qui DEMETRIUM II. vivum cepit, & benevolè habuit \* VI. PHRAATES I. AN-  
TIOCHUM SEDETEM vicit & occidit \* VII. ARTABANUS I. in bello contra Col-  
chianos occubuit \* VIII. PACORUS II.  
fuit socius armorû cum SYLLA, & postea cù  
LUCULLO \* IX. PHRAATES II. bella ges-  
sit contra TYGRANEM à suis demum fi-  
lius interfectus. \* X. MITHRIDATES II.  
propter crudelitatem cum senatu Parthi-  
eo regno abdicatus. Ab ORODE (cui se  
cognitionis fiduciâ obseßus dedidit) per-  
emptus est \*

XI. ORODES I. bella gessit cum M.  
CRASSO & vicit, cumq[ue] caput ejus recif-  
sum in convivio inter concubinas sedenti  
allgitum esset, in id aurum liquefactum in-  
fundit

lundi jussit, ut cuius animus auri cupitate arserat, ejus etiam mortuum & exanguem caput auro impleretur. Ceteris amon Romanis militibus captis humauer usus est, quibus etiam conjuges Parthicas dedit, ut ex illis viri fortes prouarentur. Demum cum ANTONIO LEPIDO & CÆSARE triumviris societa-  
nitatem armorum à PHRAATE tertio filio  
hoparricidio nefando sublatu*s* est. Filios  
religuit PHRAATEM & PACORUM, de  
quo Horatinus resert, quod auro Romano  
magnificè torques suos auxerit: meminit  
nam Cicero hujus PACORI. XII. PHRA-  
ES III. hic 30. fratres suos interfecit;  
Patrem id indignè ferentem suffoca-  
tu*s*, & pari sevitiâ in optimates grassau-  
i*s* fuit, Romanis formidabilis; demam-  
um AUGUSTO iniit armorum societa-  
m. HIRCANUM Asmoneum, quem Pa-  
CORIS cepit, humaniter habuit, & vini-  
us solutum ad Herodem reverti permi-  
tendit. Poena talionis, parricida à filio suo  
Phraate occisus est\* XIII. PHRAATA-

ces à patre regni Successor constitutus,  
radiosum ratus expectare, quoad illud ac-  
ciperet, cum maire consil. o communicato,  
eum obtruncat, & tum ob hoc facinus, ium-  
eriam ob incestam consuetudinem à po-  
pulo insulante occisus est \* XIII.  
ORODES II. ARSACIDES regno præfici-  
tur post PHRAATACEN, nec multò post ob-  
efferos mores in convivio à conjuratis oc-  
cisus \* XIV. VONONES obses diureten-  
tus ab Augusto Cesare, iterumq; ad re-  
gnum post ORODIS II. cedem dimissus,  
demum à GERMANICO Cesare peremptus  
est \* XV. ARTABANUS II. accitus  
ac ad regnum contra VONONEN, eo  
expulso Rex à populo assumptus, & post  
bella varia factus socius armorum cum  
Romanis, Augusti & Caligula statuis adju-  
lator impius sacrificavit \* XVII. BAR-  
DANES à suis obtruncatus XVIII. GO-  
TARZES per insidias sublatus è vivis \*  
XIX. VOLOGESES I. natus è Gracapeli-  
lce, familiaris & amicus singularis NE-  
RONIS, cuius occisi memoriam coluit, &  
peti-

nivit ut coleretur à Romanis. VESPA-  
IANO contra VITELLIUM auxiliarium  
quoniam 40000. misit \* XX. ARTA-  
BIANUS III. offensus graves inimicitiis  
fuit cum VESPASIANO, conatus cum,  
quamvis frustra regno ejcere, & simula-  
cum novum Neronem quendam induce-  
\* XXI. PACORUS II. ab ANTONINO  
PIO Lazorum regno donatus est in Col-  
lide \* XXII. COSDROES, Pausanias vo-  
rat OSROEM, à Trajano regno ejectus,  
victus fædere cum Adriano, id recupe-  
rit & auxit \* XXIII. VOLOGESES  
I. bella varia gessit contra Romanos,  
victus ab Antoninomateriam ei dedit am-  
plissimi triumphi \* XXIV. VOLOGE-  
SES III. occupavit Mesopotamiam, sed  
SEVERO Imperatore iterum ejectus est  
mibus thesauris amissis \* XXV. AR-  
IBANUS IV. circumventus per fran-  
cum à Caracalla, quâ se nuptiarum  
victus cum filia ejus in regnum cum exero-  
citu admisit, & pro genero hostem exper-  
us est acerbissimum, nuptias in multas  
ides convertentem. A MACRINO tamen

Q 2

oceti-

occiso Caracalla iterum reconciliatus est Romanis , quem demum Artaxerxes Persa bello iterato aggressus vicit & occidit , regnumque Parthicum ad Persas transtulit .

— 850 — 850 — 850 —

REGES BACTRIANI V. MUNDI  
ÆTATE.

I. THEODOTUS I. mille Bactriano-  
rum urbium Profectus regem se dicit , à Seleuco Callinico deficiens \* II. Theo-  
dotus II. protexit regnum fortiter con-  
tra Seleucum Callinicum \* III. Eu-  
thydenus frater Theodoti bella gessit  
cam Antiocho magno \* IV. Menan-  
der tam fuit charus , ut cum mortuus es-  
set , à cuncto populo exequia fierent , &  
quilibet aliquid de reliquis ejus & cine-  
ribus sibi in tam chari viri memoriam  
reciperet aequali divisione facta \* V. De-  
metrius regnum feliciter conservavit &  
amplificavit \* Eucratides Indiam om-  
nem in potestatem rededit , à filio suo per-  
emptus , cum victor ab India rediret \*

VII.

us est  
erxes  
& oc-  
persas

u/q ad an mundi 4052. 971

VII. Eucratides II. Patrem victorem ab  
Indis redeuntem occidit, & velut in ho-  
mem facinus ausus esset, per sanguinem  
iusticium egit, & in sepulchrum abiici jussit  
Scythas oppressus vitam & regnum amio-  
bit; idq ad Scythes devolutum est.

0650 0650 0650

REGES ARMENIÆ MINORIS V.  
ÆTATE.

DEJOTARUS I. Gente Galata, junctus  
sociate Romanis contra Mithrida-  
tem, Pompejo, Bruto, Ciceroni & Sylle  
amicissimus. Cum de structis Casari in-  
dici accusatus esset apud Casarem, à Ca-  
lore, à Bruto & Cicerone fortiter defen-  
sus est oratione, qua extat pro Dejotaro,  
& scelus hoc vindicavit in nepote crude-  
liter, quem unà cum filia jugulavit, &  
castellum, quo ille pro regia utebatur, cum  
fundamentis evertit. Plutarchus scribit  
habuisse eum conjugem Stratonicam, qua-  
cum sterilis esset, memorabili moderatio-  
nis ethnica exemplo suassisse viro, ut ex  
alia gigneret; ideo Elestram ancillam ei

Q 6

collon

372      ÆTAS VI. ab an. 3743.  
collocâsse, & genitos inde filios, tanquam  
legitimos ingenuè educâsse.\*

DEJOTARUS II. primò partes Antonij  
tenuit, à quo deinde cum Amynta ad Ca-  
sarem transit, & regnum retinuit vivens,  
sed moriens ad posteros non transmisit,  
cùm proles nullas reliquisset. Successit  
autem Tigranes I. cognominatus Magnus  
ad syrorum regimen postea evocatus, de  
quo supra.

•0550•    •0550•    •0550•  
REGES NUMIDIÆ.

Syphax \* Narva \* Gala \* Ma-  
sanissa \* Massiva \* Micipsa \* Ad-  
herbal \* Hiemphal \* Juba I. \* hic  
ille JUBA, qui Pompejo occiso, cuius  
partes secutus erat, pralio cum Casare de-  
certavit, & victus, cùm in villam quan-  
dam confugisset, inter pocula & magnifi-  
cas epulas deprehensus & occisus est: neq;  
enim civis ejus fugientem intra Zamam  
regiam metropolim eum admittere volue-  
runt, quia bello suscepto maximam in fo-  
ro pyram construxerat, ut si foriè res in-  
feliciter caderet, rebus omnibus eò coacer-  
yatis

usq; ad an mundi 4052. 373

vatis & deinde civibus eundis per milio-  
nis imperfectis eodemq; projectis cum libe-  
ris & conjugibus cunctisq; gazā regiā ipse  
quod Juba igne subjecto cremare iurū : me-  
luitq; tam horribilis tragœdia merito  
exclusus est.

Juba II. Adhuc puer captus à Cesare  
& triumpho duclus post patris interitum,  
cum Augustus regnum ob præclaras dores  
restinuit \* Ptolomæus Juba filius à Ca-  
logula occisus, quia illo spectaculum eden-  
tingredi visus est cum obolla purpurea.  
injus splendore factum, ut hominum in se  
culos converteret. Arg; hic fuit tragicus  
epilogus regum Numidie.

Regna quoque Commagena & Maurita-  
nia hæc atate tam orium, quam occasum  
sum habuerunt. sed coniuncta regum co-  
rum series non invenitur. Memorantur  
præ ceteris Bocchus sive Bogus Rex  
Mauritanie, in bello contra Pompejanos  
benede Cesare meritus, & Antiochus  
quidam rex Commagenæ, quem Augustus  
Romam evocavit, & a senatu damnatum  
capi-

374      AETAS VI. ab anno 3743  
capite plexit , quia legatum fratrii sui,  
cum quo litigabat, per dolum occidit.

15500 105500 105500 105500 105500 105500 105500

S. VI. Ritus instituti V.  
etate.

H Ac etate ante tempora Macha-  
bæorum ortum suum habuerunt  
ESSENIVEL ESSEI dioti etiam HASSIDEI  
quasi sancti, valde affines in sua reli-  
gione Pythagorais.

Viri hujus sectæ Monasticam vitam agebât;  
voluptatem ut maleficium evitantes & divi-  
tias repudiantes , unguenta non curabant,  
vestes & calceamenta, nisi concisa, aut pe-  
nitus consumpta essent , non mutabant;  
hospitalitatem summo studio exhibebant;  
& pro cibo erat eis unum pulmentum; tu-  
multus aut clamor apud illorum contuber-  
nia nunquam audiebatur; sed Pythagorici  
erant observatores silentij: omne juramen-  
tum refugiebant; idque perjurium esse do-  
cebant: quod autem quis illorum diceret, id  
quovis juramento fortius existimabant. In  
templis anathemata suspendere prohibe-  
bant : sacrificia vel hostias cum populo  
non celebrabant, quod se plurimum puta-  
rent ab eis sanctitate & munditia differre.

Opes

Opes illis communes erant, & nec ditior  
plns, quām pauperior minus inde usurpa-  
bat: uxores non duxerunt, nec servos ale-  
bant: alterum enim iniquum, & hoc sedi-  
tioni propinquum putabant. Libertatis  
humanæ pereemptores docebant omnia sub  
fato esse, & nihil fieri, quod non fatorum  
necessitate fiat: Sabbathum adeo serva-  
bant illibatum, ut nec cibum illo die pa-  
tarent, nec ignem accenderent, nec aliquod  
vas transportarent, immō nec alvum die  
illo purgarent. Cæteris autem diebus,  
quando alvum purgaturi erant, dolabro  
pius terram perfoderunt, sordesque sta-  
tim terrā sepeliērunt, ne radio solari inju-  
nam facere viderentur &c.

Post Essenos temporibus Ptolomæi Phi-  
adelphi Pontificis, satu suo vipereo, (ut po-  
nebat Christus genima viperarum appell-  
avit) exclusi sunt Pharisæi sic dicti, quod  
ceteris habitu & conversatione divisi-  
erant, iisque in septem ordines divisi; cultu  
mysterio & vietu parcissimo utebantur, &  
tutus suis Mosaicas traditiones determi-  
nantes, in sinistro brachio eorundem cata-  
egum scriptum in legis memoriam gesta-  
bant. Et hæc erant philaeteria, quæ, ut  
Christus ait, dilatabant; fimbrias quoque  
implas spinis alligatas (quibus incedendo  
ungerentur) deferebant: mortuorum re-  
urrectionem credebant, & sperabant.

Tan-

Tantum eorum virtutibus à populo datum est, ut integræ civitates eis sese crederent; quā æstimatione illi insolentiores facti, multa crudelia & impia ausi sunt, præfertim post *Alexandrum Ianneum*, quando cum *Alexandria* simul *Pharisei* regnârunt, & ab *Hyrcano* antiquata sua institutare resuscitârunt multis cædibus perpetratis.

Tertia secta fuit *SADOCÆORUM* à *SADOC* dicta, qui corporum resurrectionem & angelos esse negabant, & putabant animos cum corpore interire; negabant legem ore traditam, nec fidem habebant ulli rei, quæ non esset quinque libris *Moysæ* contenta & consignata, unde Karaim Biblici sive legistæ dicti sunt. Fato nullam fidem dabant, in alterutrum tamen scopulum impingebant, docentes omnia bona à nobis ipsis auctoribus provenire, & salutis principium esse ex nobis. Et quia nimis austeri erant, nec inter se sociales, *Saduceos* sive justos sene nuncupabant. Hujus sectæ factus est *Iannes Hyrcanus*, & fugatis trucidatisque catholice doctoribus ac magistris, *Saducœos* hæreticos adscivit, ex eisque summum septuaginta virorum senatum constituit, uno retento *Simeone* filio *Salome*, qui favebat Catholicis Judæis. Primi sectæ hujus autores fuerunt *Sadocus* & *Baiethos*, qui hæreti suâ causam dederunt, ut ortis *Sadu-*

cros hæreticos inter & Phariseos seu Catholicos gravissimis tumultibus tandem Judæa perdita fuerit. Nobilitas maxima ex parte erant Saducei, plebs autem Pharisæa seu Catholica.

Post Hæresin Saduceorū, orta est hæresis nova Samaritana excitata à quodam Manasse sub Alexandro Magno, quæ multos habuit sectatores usq; ad Romanam captitatem; quo tempore ita debilitata est, ut nonnisi septingentis annis post iterum se se extulerit auctore quodam Anane & Sanez, qui eam in Judæorum populo, quantumvis disperso & exiliis afflito, renovarunt, quia Anan non potuit fieri Gaon, id est, Doctor Talmudicus; unde exacerbatus docuit esse fabulas, quidquid dicerent Talmudici, suam autem doctrinam esse purum verbum Dei.

Pharisaorum & Essenorū sectæ orthodoxæ sunt, nisi quod tervore altercationis contra Saduceos Samaritas & Bajethoseos, (hæc enim tres hæreses jam in unam familiam conspiraverant pariter cupiditatibus & impietati fræna laxantes) superstitutionibus quibusdam tenerentur.

Scribæ quamquam dudum ab Ezra instituti, hæc tamen ætate plurimum floruerunt, quorum munus erat, ut de lege consulti ex Ss, libris & Prophetarum oraculis responderent: appellantur in Evangelio Iuris.

ÆTAS VI. ab anno 3743.  
Juri periti, & sicuti Pharisæi nostri temporis Theologis respondebant, qui profunda scripturarum mysteria perscrutantur, ita Scribe canonistis, quia leges civiles & moe-  
saicas secundum legis corticem curabant,  
& erant interpres divinarum scriptura-  
rum. Consueverant autem scripturas qua-  
tuor modis exponere, modus primus dice-  
batur Moysis Propheta, secundus modus  
Akiba, tertius Amani sive Ida, quartus Has-  
moneorum. Erant Scribe Judæi Catholici,  
qui super cathedram Moysis federunt cum  
Pharisæis; hi enim Pharisæi & scribæ ca-  
thedram Moysis invalerunt, quando sa-  
cerdotes divitijs Ecclesiasticis abutentes  
deseruerunt suum officium; alioquin neque  
scribæ, neque Pharisæi erant necessarii  
de genere Sacerdotum, quorum proprium  
erat sedere super cathedram Moysis; Scri-  
bæ plerique erant de paupere tribu Simeo-  
nis, at Pharisæis hodie successerunt Rabbi-  
ni. Hæc ex Genebrardo.

Pharisæorum institutum plurimum pro-  
moverunt insignes duæ familiæ seu collegia  
*Sammai & Hillel*, quorum scholas præ-  
stantissimi Doctores ornârunt. Ex Hille-  
lis discipulis 80. clarissimi fuerunt *Ionathan*  
filius *Vziel*, cuius paraphrasis Chaldaica  
extat in vetus testamentum magna ex par-  
te, & *Simeon Iustus*, qui Christum ulnis ex-  
cepit. Plura de his seclis Josephus.

A tem-

A temporibus Judæ Machabæi publicum labetur scripturæ testimonium pro antiquissimo ritu veteris Ecclæ sacrificium offerendi pro defunctis, quando 2. Mach. 12. magnâ collatione argenti factâ jussit offertri pro peccatis mortuorum militum, & extant precatio[n]es mortuorum pro defunctis 10. libro *Mahzar*, & nominatur precatio *Hascaba* id est oratio pro *requis*, sive *cunatu*, quod officium solis sui intercessoribus fuisse denegatum Josephus Hebraicus ostendit de bello Judaico,

Antiochus impius præter alia crudelias mandata vetuit legem Moysis publicè legi ( lex enim antea pro numero hebdomadum anni distributa in 12. lectiones, quarum singulæ constant 36. versibus ) singulis sabbathis legebatur, tunc autem earum loco decerp[tae] sunt à propheticis libris totidem lectiones, quæ antiquis dierum lectionibus sensu congruerent. Et tametsi tyrannicum editum Antiochi desierit, inter Judæos hodie dum tamen mos perleverat, ut Sabbathis post diei legalem lectionem canant propheticam, quam vocant *haphtara* quasi

quasi missam sive missionem, eâ enim ab-  
solutâ plebs dimittritur.

Cultus Jovis Olympij in templo Hie-  
rosolymitano, & in Samaritano, Jovis  
Hospitalis, sacrilegis ritibus peractus  
est ab impijs & apostatis Judæis, An-  
tiocho in hunc finem statuas utriusque  
Jovis in utroque templo collocante; à  
tempore autem purgati per Macha-  
bæum templi, Judæi nunquam dein-  
ceps leguntur idola coluisse; itaque  
exilium, quod miseri hodie perferunt,  
non suæ idololatriæ, sed Christi im-  
piè crucifixi peccato adscribere de-  
bent. Neque reges Syriæ, qui post  
Antiochum impium bella cum Judæis  
gesserunt, eos ad idololatriam impu-  
lerunt. Templum recuperatum Ju-  
das Machabæus magnâ solennitate  
expiavit, & recuperationis hujus me-  
moriā festis diebus, (qui dies lumi-  
num vocati sunt) celebrari jussit; fu-  
itque idem & lustrationis & profana-  
tionis dies, nimirum 25. Novembris,  
qui Hebræis est *Caslen* à fidere *Kesil*,  
quod

quod aliqui Oriona interpretantur; &  
ut Nicanoris ducis impias de templo  
evertendo minas vindicaret, interfe-  
&ti caput brachiumque dextrum de  
templo suspendit, voluitque etiam  
hujus victoriae diem, qui fuit mensis  
Februarij 13. solennem esse.

Judæi Alexandrini memoriam  
septuaginta interpretum anniversario  
felto colere incepérunt propter multa  
beneficia, quæ ex occasione illius ver-  
sionis eis collata sunt, suasu namque  
*Aristhai, Philadelphus* omnes captivos  
Judæos liberos dimisit, cum magnis  
muneribus & beneficijs.

Anno urbis conditæ 657. Senatus  
consultum factum est Romæ, ne ho-  
mo posthac immolaretur, quod ante  
religiosissimum habebatur.

*Ptolomaus Lagi* primus fuit, qui  
dies à planetis nominavit & ordina-  
vit, hinc diei Solis, Lunæ, Martis, Mer-  
curij &c. in antiquis auctoribus nulli-  
bi invenitur memoria: ab Ægyptiis  
usum hujus distinctionis & ordinatio-  
nis

382 nis acceperunt modò Romani propè ad tempora *Pompeij*, ut Dion observat: similiter horarum duodecim spa-tia æqualiter divisa Ptolomæus iste primus observâsse fertur ex urina ali-cujus animalis Serapi dicti, quod duodecies diei & noctis spatio uri-nam emisit, quanquam enim pridem antè fuisset usus horologiorum sola-rium apud Chaldæos & Hebræos, non tamen observabatur similis in duodecim partes divisio horarum, ne-que machinæ horologæ & sonantes construebantur, unde nusquam in hi-story antiqua Romanorum fit mentio horarum!

Anno m. 4035. ante Chr. 18. In-stitura sunt Romæ *Augustalia*, & dies ille, quo Romam ille rediit inter fe-riæ relatus, & ipse ad turbas compo-nendas magister morum renunciatus est cum potestate condendileges, quas vellet, quæ *Augustales* vocantur. Inter cætera instituit, ut Senatores priu-quam curiam subirent, thus adolerent,

&amp; tan-

& tanquam adoraturi ac sacrificaturi  
senatum ingredenterur. Hoc institu-  
tum laude dignissimum: illud au-  
tem turpissimum, quod ante *Augusti*  
tempora instituta sint Romæ *Floralia*  
in memoriam *Flore* prostitutæ mere-  
tricis, quod Romanum populum bo-  
norum suorum & lucri quæstu mere-  
tricio acquisiti, hæredem nomina-  
verit.

Quinquennalia & Decennalia ab  
Imperatoribus celebrari solita institu-  
it *Augustus*: cum enim Monarchiam  
contra tyrannidis suspicionem stabili-  
re sibi vellet, decenniorum & quin-  
quenniorum rogatione id perfecit;  
quod secuti reliqui Cæsares quan-  
quam non in certum tempus, sed in  
totam vitam designarentur imperato-  
res, tamen quinquennalia & decen-  
nalia celebrarunt, quasi tum impe-  
rium renovantes.

Romanis solennissimus fuit ritus  
claudendi & aperiendi templum Jani,  
nimis bella gesturi aperiebant,  
pace

384      *ÆTAS VI. ab an. 3743.*  
pace iterum compositâ claudebant  
Janum. *Augustus Octavianus* ter clau-  
dit Janum, cumq; tertio clauderetur,  
pacem terrâ mariq; compositâ natus est  
Princeps pacis CHRISTUS JESUS.

— 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 — 50 —

### §. 7. Persona Sanctitate & prophetia celebres.

**P**ost Zachariam & Malachiam de-  
siérunt prophetæ esse in synagoga  
usque ad ortum Christi ducentis annis  
ante Christum, uti observat Cornelius  
à Lapide in libr. Mach. cap. 4. & ut  
refert Josephus *Urim & Thummim*,  
consuetum & usitatum Pontificibus  
Hebræis oraculum filuit & desit,  
Abulensis autem & alij affirmant  
*Ephod* manifestans oracula ab Anti-  
ochi ministris penitus ablatum fuisse  
ac præsertim à pseudo-Pontifice *Zafo-*  
*ne*, *Menelao* & *Alcimo* apostatis &  
proditoribus, ita ut nihil haberent  
Judæi, per quod consulerent Deum,  
ut antè & prophetis insuper carerent.

Inter

Inter personas autem hujus ætatis  
sanctitate illustres singularibus & ex-  
imis encomiis à SS. Patribus cele-  
brantur MACHABÆI legis divinæ pro-  
pugnatores, & glorioſo ſanguine ſuo  
conſignatores, qui non in equis & cur-  
ribus, ſed in nomine Dei ſui pugnārunt,  
pro aris & focis ſanguinem ſuum ex-  
ſoluerunt. Quanquam ex Macha-  
bæis eorumq; asſeclis piis ac pro ju-  
titia fortiter pugnantibus Judæis plu-  
mi fuerint, qui martyrio coronati  
int fundentes ſanguinem potius,  
nām ſacrilegia, ad quæ instigaban-  
r, & pœniſ graviflmis compelle-  
antur, perpetrantes: alii enim præ-  
cipitiſ ſunt, alii igne cremati, quod  
abbathum colerent, alii in ore gla-  
ci occiſi propter religionem & piam  
obſervantiam. Præ omnibus tamen  
ſincretiſſimè in ſcriptura refertur lib.  
Mach. c. 6. & 7. Martyrium Eleazar-  
& ſeptem fratrum cum matre ſua  
temptorum.

ELEAZARUS quidem fuit unus  
R de

de primoribus sacerdotum, scribarum & doctorum, instructor ac præceptor septem fratrum, qui omnes, ut referunt *Serarius* & *Torniellus*, è Susandro castello Antiochiam in regis conspectum adducti sunt cum matre *Salomona*, quorum nomina hoc ordine recenset *Cornelius à Lapide*: I. MACHA-BÆUS, à quo in sex reliquos derivata est denominatio: hic amputatâ linguâ, cute capitis abstractâ, manuum pedumq; summis partibus abscissis, vivus & spirans adhuc in succensa sartagine tostus est. II. ABER iisdem tormentis excarnificatus. III. MACHOR exsectâ linguâ & manibus amputatis in sartagine frixus. IV. JUDAS. V. ACHATZ. VI. ARETH. VII. JACOBUS, qui omnes validissimis tormentis, septionibus, mutilationibus, & ustionibus sublati sunt, ita ut quod majori puerorum constantiâ tyrannus exasperabatur, tanto crudeliora tormenta posterioribus sufferenda essent, donec etiam SALOMONA in se & in filiis

usq; ad an. mundi 4052. 387

illis octies Martyr suppliciis immatu-  
bus consumpta est: sic quidem san-  
guine suo & forti Martyrio hanc æta-  
m Machabæi illustrarunt. Anno  
13887. Menelai Pseudo-Pontificis  
Antiochi Epiphanis 9. Imperii Græc.  
45. ante Chr. 166.

Cæteri, quorum sanctitas hisce tem-  
poribus eluxit, illi proximè appropin-  
quant ad Christum, Sanctum Sancto-  
num.

S. Panther, atavus B.V.M. \* S. Ba-  
nther avus \* S. Joachim Pater B.V. \*  
Anna mater B. Virginis \* S. Ma-  
natus S. Iosephi \* S. Jacob pater S.  
Iosephi \* S. Ioseph Sponsus B. Virgi-  
ni \* S. Zacharias \* S. Elisabetha con-  
sortina B. Virginis \* BEATISSIMA  
MARGO MARIA nata est in Nazareth  
provinciæ Galilææ in Judæa regio-  
ne Syriæ anno m. 4038. Herodis 22.  
Augusti Imp. 28. Olymp. CXCI, ante  
m. 15. \* Huc pertinent alii quoque  
& fœminæ sanctæ de cognatio-  
nib; Christi \* S. Iohannes Baptista natus  
R. 2 A. 2

388      **ÆTAS VI.** ab an. 3743.

An. m. 4051. aliquot menses ante Christum, bosphorus ante solem, vox ante VERBUM, quod CARO FACTUM est eodem anno in utero Virginis.

os? 30 os? 30 os? 30 os? 30 os? 30

**§. 8. Nova reperta & ur-  
bium Natales.**

**C**irca annum. m. 3775. ante Chr. 278. Ptolomai Philadelphi 8. Eleazar Pontif. 10. divinum illud beneficium versionis sacrarum litterarum in linguam Græcam factum est orbi universo.

Versio hoc modo contigit: cupiditas Philadelpho divinitus injecta est colligendi nobilissimam Alexandriæ Bibliothecam, cuius cum præcipuum ornamentum futuri credentur libri Judæorum, quos illi divinos profitebantur, & summo studio conserva- <sup>ntur</sup> ~~collato~~ in Judæos ingenti beneficio sanguinem injecit, ut sacros libros in græcum idiomam vertendos præberent. In hunc finem omnes captivos Judæos dimisit. 120. millia

sille scribit Genebrardus, misitque donaria,  
 phialas aureas 20. & argenteas triginta,  
 inulos, cornua &c crateras quinque, men-  
 sis, super quas oblationes fierent, & pecunia  
 talenta centum ad alios templi usus, quæ  
 munera Hierotolymam detulerunt *Andreas*  
*Aristeaus* viri præcipui. In his autem mu-  
 nicipibus pretiosè & artificiosè elaborandis  
 summa curâ se se impendebat Ptolomæus,  
 ita, ut Josephus scribat, sæpe illum omis-  
 is publicis occupationibus assedit artifi-  
 cibus, ut illa sollicitè perficerent; addidit  
 ornatum horum munerum pretiosos la-  
 pidés magnitudine conspicuos copiosè, ita  
 numerus ad quinque millia excresceret:  
 itis autem solertia ita excelluit in vasis,  
 artificum industria & lapidum valor quin-  
 plò pretium auri superaret, cùm tamen  
 sephus memoret mensæ modum ac men-  
 tam habuisse in longitudine duos cubitos  
 in dimidio, in latitudine unum cubitum,  
 altitudine autem fuisse sesqui cubitalem,  
 non tantum aureis laminis extrinsecus  
 ductam, sed auro probato solidam in cras-  
 he non minorem semicubito. Necessarium  
 patur, ut ingentis pretij fuerint hæc do-  
 na, quibus Deum verum Judæorum Phi-  
 liphus honoravit, cùm legem vertere,  
 id lingua in linguam transferre propo-  
 sit.

R 5

Quā

Quâ liberalitate cùm Judæos sibi obstrinxisset, ut libros promptâ voluntate & gratitudine magnâ extraderent, conquisi-  
ti sunt quaqua versùm septuaginta duo per-  
ritissimi viri, qui simul virtutis & litterarum  
laude celeberrimi audiebant, ex qualibet  
duodecim tribuum sex: ita Eleazaro Ponti-  
fice disponente, ut nulli ex tributus plus  
minûsve honoris per hoc exhibuisse videre-  
tur. Qui ubi Hierosolymæ convenerunt,  
ibidemque ab Eleazaro donis unâ cum li-  
bris deferendis liberaliter quoque instructi  
essent, Aristai & Andrea legatorum auspi-  
ciis Alexandriam profecti sunt, eodemque  
die libros aureis characteribus in subtilissi-  
mis membranis exaratos cum alijs muneri-  
bus obtulerunt, quo adversus Antigonus  
navali prælio viator Ptolomæus triumpha-  
vit; ut duplici gaudio dies ille solennissi-  
mus ageretur. Posthæc per aliquot dies  
convivio regio magnificentissimè gratissi-  
mos hospites excepti; subtilissimis insuper  
quæstionibus in cætu suorum Philosopho-  
rum sapientiam eorum exploravit, & de-  
prehendit cum sui & Ægyptiorum omnium  
admiratione, viros esse omnes præstantis-  
simos, quorum fidei, doctrinæ & virtutis  
tantum opus committi posset.

Post hæc Demetrius, qui regiæ Biblioth-  
œ tum temporis Præfectus constitutus  
erat,

*U/q ad an. mundi 4052.*

391

erat, viros ad maris insulam deduxit, in qua domus erat supra littus perquam decenter ornata, & quæ multo silentio quiesceret, rebus omnibus ad vitæ usum elegansissimè dispositis instructa: illic eos ad peragendam interpretationem constituit, in exedris unicuique seorsim assignatis, ita ut huam quisque versionem sine alterius scitu & intuitu elaboratam per partes quotidie Demetrio extraderet. Totius autem legis versione intra dies septuaginta duos absolu-  
(quâ temporis brevitate aperto miraculo ostenderunt, se instrumenta esse divini  
triba velociter scribentia)

Demetrius advocatis omnibus Judæis in  
ocum, ubi versio facta fuit præsentibus eti-  
am interpretibus perlegit codicem, de-  
prehensumque est omnium verba & senten-  
tas quasi unâ mente conceptas, uno cala-  
bo scriptas ad apicem convenisse; erant  
autem libri, quos verterunt, non tantum  
Moysis, sed & Davidis & aliorum propheta-  
rum, ut multis Sanctorum Patrum osten-  
dit Salianus, & expreßè D. Cyrus ait  
Cath. 4. divinas lege scripturas veteris testa-  
menti libros viginti duos, quos septuaginta  
duo interpres translulerunt.

Rex ubi exemplaria singulorum perlu-  
travit, & unaminem omnium in unum sen-  
tim consiprantium concordiam, quasi ab  
eodem

R 4

392 eodem magistro dictata verba singula exce-  
pissent, admiratus esset & deprædicasset,  
donis ingentibus locupletatos interpretes  
domum remisit; annuâ insuper celebritate  
memoriam tam miraculosæ versionis cele-  
brari instituit. Hodie, inquit Philo solen-  
nis celebritas renovatur in Pharo insula, ad  
quam non tantum Judæi, sed & alij plurimi  
trajiciunt locum veneraturi, in quo pri-  
mùm visa est hæc interpretatio, & pro-  
tanto beneficio tanquam recenti gratias  
Deo acturi; post vota autem & gratiarum  
actiones cum amicis & domesticis in litto-  
re epulantur. De cellis separatis ingens  
certamen est nos inter & Acatholicos, qui  
pertinaciter hoc miraculum manifestum  
negant, & pro sua sententia habent fauto-  
rem S. Hieronymum, quo sibi mirificè ap-  
plaudunt: ille enim apertis verbis in Epi-  
stola ad Desiderium negat hanc septuaginta  
cellularum, & in eis interpretum factam  
separationem, aitque in una basilica con-  
gregatos fuisse, cellulas autem mendaciter  
construetas esse. Iosephus etiam & Eusebius  
nihil meminerunt de cellulis.

Catholici autem patrum antiquorum in-  
nixi auctoritate præclarissimè, per cellulas  
hasce miraculum factum & divinum bene-  
ficium, extollunt, & citantur pro hac sen-  
tentia à Saliano S. Iustinus Martyr, S. Irenaeus,

S.

usq; ad an in mundi 4052.

393

Cyrillus, S. Epiphanius, & Epiphanius  
scutus Iustinianus Imperator Novell. const.  
S. Augustinus, Ruffinus &c. Numeran-  
t etiam auctores hujus sententiae Philo,  
Iullianus, Clemens Alexandrinus, D.  
Chrysostomus, & defendant doctissime Leo  
Caprius, Alphonsus Salmeron, Baronius,  
Gasserus, Serarius & Doctores plerique.  
Ratio autem cur S. Hieronymus hoc ne-  
averit, haec est; cum ille fidelissime scri-  
turas sacras ex Hebreis fontibus vertisset,  
cepit habere multos adversarios, quibus  
iac novâ interpretatione videbatur illa  
nō per septuaginta interpres facta an-  
quari, & veluti fugillari, ideoque illam in  
imma veneratione complectentes multum  
S. Hieronymo opposuerunt; unde vir  
mensus, animo acer, & ingenio fervidus  
culeato stylo priorem illam interpreta-  
tionem perstrinxit; præsertim quia con-  
clusus erat multorum erratorum, quæ tem-  
porum successu in illam irrepserunt; itaque  
non tam primam illam genuinam & limpi-  
am adhuc, quam vitiatam persecutus est,  
ab quam corruptelam factum deinde, ut  
multi alij vertendi labore suscepint. Ut  
autem Aquila Iudanus tempore Adriani Cæsa-  
ris, Theodotion Ephesinus proselyta judaicæ  
religionis sub Imperatore Commodo, Sym-  
machus sub Severo, & alij incerti auctores  
varum versionum.

R 5

Nova

*Nova quadam profana  
reperta.*

Circa tempora Ptolomæi Regis ex  
Ægypto Romam transportatus  
est usus horologiorum solarium, &  
primò solare horologium fecisse scri-  
bitur Papyrius. *P. Licinius* hāc æta-  
te primū tonsores è Sicilia Romam  
induxit. Gemmarum luxuria Ro-  
mam primò illata est post devictam  
Asiam : quæ posteaquam Romanis  
subdita facta est, cum opibus suis vi-  
tia quoque transmisit Romam. Usus  
papyri, quâ abundant Nilus & mare  
Ægyptium, sive chartæ juncæ inven-  
tus à *Philadelpho* ad parandam libro-  
rum copiosam supellestilem, cùm  
antè scriberetur in arborum cortici-  
bus : *Philadelphum* æmulatus est *At-*  
*talus* Pergami Rex, qui pro sua biblio-  
theca condendâ invenit usum perga-  
menæ membranæ. Idem *Attalus*  
docuit primus aurum intexere, unde  
*texia Attalica* dicuntur. Primus è me-  
dicis

avvI

? 11

dicis venit Romam Peloponensis Ar-  
chagatus an. urb. cond. 535. tamdiu  
enim Roma medicis caruit.

M. Æmilio P. Servio Coss. argen-  
teus nummus primus figuratus est.

Ante ætatem *Lelij & Scipionis* nulli  
ipud Romanos sapientes nominan-  
tur, ex quo colligitur, quod Romæ  
litterarum & disciplinarum studium  
nunc temporis modò incepit, nec  
juventus Romana aliis, quam Græcis  
exercitationibus alebatur; nam *Pho-*  
*nix* natione Gallus fertur primus fuis-  
se, qui Cicerone adhuc puero existen-  
ti Latinè Romanam juventutem doce-  
re incepit. Primum divertium Romæ  
aduxit *Carnitius* & meritò odium po-  
puli Romani incurrit.

Augustus Cæsar orbem universum  
per Geometriæ peritissimos emensus,  
ac celebriora comperit. Maria 30.  
Insulas 27.\* Montes. 40. Provin-  
cias 78. urbes insignes. 370. majora  
sumina 94. gentes 125. ambitum ve-  
lo orbis trecenties quindecies cen-

R 6                    tena

tena passuum millia continere in longitudinem, ab Oriente in Occidem tem sive ab India ad fretum Gatianū octuagies quinques centum septuaginta octo milliaria, latitudinem à meridie ad septentrionem fere dimidio minorem quinquagesies septuaginta duo milliaria, maris verò profundissimum perpendiculo in quindecim stadia protendi. Hæc quidem temporibus Augusti inventa sunt, sed ab eo tempore valde est aucta Geographia Christianorum sedulitate.

Anno m. 4005. ante Chr. 45. Julius Cæsar operâ Sosigenis periti Mathematici correxit annum, cùm reperti essent dies sexaginta septem, qui propter frequentem Pontificum intercalandi licentiam, superarunt annum solarem, & adeò digressa est anni ratio à legitimo loco, ut solsticium æstivum in 3. Calend. Augusti incideret, & neque messis æstati, neque vindemia autumno amplius competeteret. Itaque hoc anno Cæsar inter Novembrem

brem ac Decembrem duos integros  
menses, qui dierum sexaginta septem  
erant, intercalavit, & is ipse annus  
4008. erat annus intercalaris ordina-  
nus, quo ex consuetudine intercalan-  
dus erat aliquis mensis, ut Censorius  
ait, impar, pauciorum scilicet, ac non  
nisi 23. dierum, qui inter terminalia  
& regifugium menfe Februario infe-  
rebatur; inde factum est, ut annus iste,  
quem Macrobius vocat annum con-  
fusionis, quindecim mensibus consti-  
tueretur, & dies 444. completeretur.  
Ab hoc anno incepérunt anni ab hoc  
reformatore & auctore ejus Julio dici  
anni Juliani.

### *Urbes conditæ.*

**L**ysimachia in Thracia condita à  
Lysimacho \* Nicomedes condi-  
tor Nicomediae \* Ticinum conditum  
à Boiis insubribus \* Carthago & Co-  
rinthus restitutæ ab Augusto \* Seleu-  
cia à Seleuco \* ab eodem Edissa, Be-  
toea & Pellus \* Eumenia in Phrygia  
con-

398      ÆTAS VI. ab an. 3743:  
condita ab Eumene \* Onias filius  
Pontificis Oniae conditor Heliopole-  
os \* Sebaste solo æquata ab Hyrca-  
no Pontifice Judæorum, & ab Herode  
in honorem Augusti restaurata \* Ni-  
copolis condita ad memoriam pugnæ  
Actiacæ \* Herodes conditor Cæsa-  
reæ in honorem Cæsaris: vocabatur  
autem turris stratonis \* Idem condi-  
dit Antidonam, Antipatridem & He-  
rodionem in Antipatri & suum ho-  
norem \*

—ος ονος ονος ονος ονος ονος ονος ονος ονος ονος ονος

§. 9. *Personæ scientiis &  
artibus celebres.*

MENEDEMUS Erethriensis  
Philosophus tantæ apud suos  
auctoritatis fuit, ut gubernacula urbis  
ei cederentur: septem diebus ab om-  
ni cibo abstinere potuit absque vale-  
tudinis detrimento, vixit temporibus  
Antiochi Magni.

THEOPHRASTUS Cresius Phi-  
loso-

Iosophus, primò Platonis, postea Ari-  
stotelis auditor ; vir singularis pru-  
dentiæ & admirabilis eloquii, disci-  
pulum habuit Nicomachum filium  
Aristotelis, dicere solitus ad auditores  
suos : *filij tempus pretiosissimum sumptus*  
*est, item ad amicos ajebat: fides coagu-*  
*lum est amicitia, amico ea exhibere te de-*  
*cet, quæ ab eo tibi expulso exhiberi velles.*  
Libris multis editis nomen suum &  
memoriam propagavit.

MENANDER Poëta comicus, di-  
scipulus *Theophrasti*, familiarem sibi  
habuit eandem sententiam, quam D.  
Paulus postea scripsit, *corrumpunt bo-*  
*nos mores colloquia prava* ; mortuus  
Olymp. 122.

PHILEMON Poëta comicus, *Me-*  
*nandi æmulus*, mortuus est ex immo-  
dico risu, quo captus est, cùm videret  
aselium comedentem ficus.

DEMETRIUS PHALEREUS  
Philosophus & *Theophrasti* discipu-  
lus, ab Atheniensibus, quibus præ-  
fuit per decem annos, trecentis &  
sexa-

sexaginta æreis statuis est honoratus, eo quod civitatem redditibus & ædificijs plurimis auxerit. Sic quidem præfens honoratus est: cum autem abes-  
set, omnibus statuis dirutis traduxerunt eum & infamârunt. Demetrius autem ad calumnias & probra, quæ illata sibi fuisse audiit, pacatè respon-  
dit: *imagines, non autem virtutem everterunt, cujus gratia illæ ere Ætae erant.* Sæpius auditus est dicere, *tantum eloquen-  
tiam valere in republica, quantum in mi-  
litia ferrum.* Plures fuerunt Deme-  
trij scientiis clari, sed inter omnes  
*Phalerœus* excelluit, mortuus circa an-  
num mundi 3749. auctoritate suâ im-  
petravit à Ptolomæo, ut Athenienses  
Democratiâ iterum regerentur.

ZENON stoicus Philosophus ante Chr. 275. variis editis libris clarus dicere solitus: *sepultus apud te sit sermo-  
nus, quem tu solus audieris;* inediâ con-  
sumptus est anno m. 3784. ante Chr.  
269.

CHRYSIPPUS natione Clius, sto-  
icas

usq; ad an mundi 4052. 401

icæ se&t; Philosophus & ZENONIS collega, quorum doctrina erat posse omnem animi perturbationem penitus hominum mentibus eradicari; id summum bonum esse, quod honestum, nihil deesse ad recte vivendum, in quo virtus est. Chrysippi Symbolum erat: Sapiens nullâ re eget, & mulis rebus illi opus est; & contra stultis nullâ re opus est, nullâ nim re scit uti, sed omnibus eget.

POLEMON Philosophus Atheniensis cùm juventutis esset valde lubricæ, cùm Xenocratem audiisset de pudicitia perorantem, ita se emendavit, ut cum singulari scientia, hâc quoque gemmâ virtutum omnibus prælucret, eidemque in schola succederet. Obiit an. m. 3782. ante Chr. 267.

ARATUS Asianus Poëta & Astrologus cl. rissimus, quem Antigonus Macedoniæ Rex continuè secum retinuit, & plurimum honoravit.

STRABO Lampsacenus Philosophus & Orator præstantissimus, præceptor Philadelphia regis, à quo talentis

tre-

trecentis donatus fuit : Fuerunt alii quoque septem hoc nomine appellati variis scientiis insignes.

SILPHON Megarensis Philosopher, qui cùm patriâ suâ ab hostibus expilatâ interrogaretur, quid supelle. & ilis sibi retinuisset, quod secum asportaret, respondit: *ego mea in pectore, & non in scapulis porto.*

CRATES Atheniensis Philosopher auditor Polemonis ejusq; successor, quem adeo amavit, ut non vellet post mortem alio, quam præceptoris sui sepulchro condi.

CRATES Philosophus Thebanus de hoc S. Hieronymus scribit, magnum auri pondus in mare projecisse & dixisse. *abi à me venenum divitiarum, vos potius mergam, quam ego demergar à vobis.* Fuerunt & alii hujus nominis Crates, sed iste celebrior vixit temporibus Philadelphi.

ERASISTRATUS medicus Atheniensis temporibus Philadelphi medicus

*ujq; ad an mundi 4052.* 403

dicus insignis, qui cum Antiochum regem ex gravissimo morbo sanasset, a Ptolomæo rege, filio Antiochi centum talentis donatus est.

LYCON Troadensis Philosophus circa eadem tempora, vir eloquionitidissimus, & vestium mundicie cultissimus, per 40. annos artibus eximiis juventutem excoluit, & demum podagræ doloribus consumptus est.

TYMON APOLLONIADES Philosophus charissimus Ptolomæo Philadelpho.

JESUS filius SYRACH, natione Hebræus temporibus Ptolomæi Philadelphi Evergetis, floruit Hierosolymæ: multâ scientiâ & rerum experientiâ clarissimus, putatur nepos vel abnepos JE SU SACERDOTIS MAGNI cum Zorobabele reducis ex Babylone sub Cyro, & fuisse unus ex LXXII. interpretibus, qui jubente Philadelpho biblia ex Hebræo in græcum transtulerunt. Librum, qui vocatur *Ecclesiasticus* sive *Concionator Hebraeorum*.

404      AETAS VI, ab an. 374.

Hebraicè scripsit, ut se vidisse testatur S. Hieronymus exemplar illud Hebraicum.

Quem librum deinde JESUS JUNIOR nepos Senioris JESUS transluit in græcum, in gratiam Græcorum & Profelytorum. Porro liber iste *Ecclesiasticus* adscribitur quidem à multis Salomoni, ejusq; nomine citatur ob similitudinem scilicet parabolam & phrasium, & quia ex parabolis Salomonis quædam hinc inde huic operi inspersa inveniuntur, libri tamen auctor Salomon non est.

ANTIPATER Philosophus acutissimi ingenij.

ONESICRITUS Eginensis Philosophus.

ARISTORULIIS natione Judæus, Philosophus opera sua scripsit ad regem Ptolom: Philopatorem, fecitque commentarios explicationum in Moysen.

ARCHIMEDES Philosophus Syracusanus, & Geometra excellens, captis

*usq; ad an. mundi 4052.* 405

captis per prodictionem Syracusis ,  
cùm hostes omnia everterent, ipse  
diametros suos in pulvere designans à  
prætereunte milite occisus est ; fuit  
primus sphæræ fabricator: quanquam  
hoc inventum à *Laërtio* etiam *Anasti-*  
*mandro* attribuatur ; edidit opusculum  
de cylindro, quod postea Nicolaus V.  
Pontifex in latinum traducifecit.

PHILOPOMANES Megapolitanus Imperator & Philosophus æquè  
scientijs, quàm bellicis gestis illustris,  
temporibus Philopatoris vixit, cuius  
fortitudinem magno suo & suorum  
damno expertus est *Cleomenes Rex La-*  
*cedæmonum*, qui cum jam teneret  
Megapolim, & urbis medium forum  
cum armato milite repentino de nocte  
impetu occupâisset, magnâ suorum  
strage à *Philopomane* denuo ejectus est.  
Mortem obiit veneno à *Dinocrate* por-  
recto sublatus. Fertur de eo, adeò  
frugalem fuisse, & ab omni pompa  
superflua alienum, ut cùm aliquando  
in itinere ad Megarensis fœminæ ho-  
spiti.

spitium diversurus ministrum præmisset, qui significaret hospitum adventum: fœmina autem, absente marito suo, plurimum ob hospites adventuros consternata, & occupata esset in cœna paranda: primum *Philopomanem* ingressum esse in domum mulieris, quem illa famulum arbitrata in tenui pallio & vestitu vulgari, jussit sibi illicè ligna scindere, opemq; sibi in ministrando adhibere; quam servitutem ille avidus arripuit, ligna scidit, & in culinariis ministeriis operam solerterem, ministris regiis scitè dissimulantibus, coquæ impertiit, donec à marito redeunte agnitus & veniam suppliciter rogatus respondit: *nulla conjugis tua, sed indecora faciei mea culpa est, quicquid hic culpa commissum deprecari.*

NEVIUS Poëta comicus floruit sub Rege Epiphane, ad quem se contulit, cum Româ militum & Metelli factione expulsus esset.

PLAUTUS similiter Poëta comicus

cus ex Umbria Sarsina Romam profectus; vir voluntariè pauperrimus, qui operam suam pro victu ad manuarias molas alicui pistori locavit, & quoties ab opere vacaret, fabulas scribere ac vendere solitus , unde vestitum sibi compararet, victumq; solveret, quem labore manuum ex integro non merebatur. Mortuus ante Chr. circiter an. 188.

Circa Philometoris tempora clauerunt ENNIUS Poëta comicus, natione Tarentius \* *Licinius* \* qui à Canone quæstore Romam translatus & parco sumptu in monte Aventino habitavit usque ad annum vitæ septuagesimum. *Attilius* \* *Turpilius* \* omnes comici Poëcæ , floruerunt circa tempora Philopatoris.

PANETHIS philosophus fuit Scipionis consulis præceptor \* *Possidius* postea magno Pompejo perquam familiaris \* *Sextius Cacilius Ennij* contubernialis , natione Mediolanensis \* *Nigander* poëta Græcus \* *Titius Livius* scri-

408      AETAS VI, ab an 3743.

scriptor tragœdiarum & alius à pata-  
vino \* *Cathin* philosophus natione  
Ægyptius.

CATO oriundus ex agro *Censori-*  
*no:* vir fuit integerrimus, qui similem,  
quam in se repræsentabat, innocentiam  
in aliis quoque exigebat. Senatoris, Tribuni, consulis, prætoris, bel-  
lici imperatoris, Censoris, Philoso-  
phi, oratoris, Juristæ dotes amplissi-  
mas & maximas raro exemplo in se  
uno complexus, sicuti per omnium  
scientiarum classes, ita per omnes gra-  
dus dignitatum in gubernanda re-  
publica glorioſo & intaminato calle  
pertransiit. Cujus integritatem Deus  
longævæ fætutis honore coronâſ-  
ſe videtur: vixit enim multū supra  
centum annos, & quidem centum an-  
nis integris, eā valetudinis constantiā  
& firmitate, ut nullā unquam corpo-  
ris ægritudine afflitus fuerit. Fun-  
damenta posuit præclarissimæ fami-  
liæ *Catonum*, quorum virtutibus &  
præclare gestis reipublicæ Romanæ

flor

*usq; ad an. mundi 4052.* 409

los magna incrementa & emolumen-  
ta acccepit, ut immortale & sacratissi-  
num fieret nomen *Catonum* Roma-  
norum. Mortuus demum anno m.  
1904. ante Chr. 149.

PHILO Judæus ex genere Sacer-  
dotum, Alexandriæ educatus, do-  
ctrinâ & scriptis libris claruit sub  
Philometore: putant nonnulli, illum  
librum sapientiæ græcâ linguâ scri-  
psisse, sed probabilius id de ipso Sa-  
mone refertur. Fuit alius quidam  
philo senior isto Alexandrino, quem  
enebrardus numerat inter LXXII.  
interpretes.

Circa tempora Ptolomæi Everge-  
scelbres fuerunt *Methrodorus* Athe-  
nensis Philosophus \* *Terentius Car-  
thaginensis* Poëta comicus \* *Pacu-  
lius Brundusius* tragœdiarum scriptor,  
unij ex filio nepos. \* *Aristarchus*  
tammaticus \* *Lucius Accius Tra-  
ditarum* scriptor \* *Cajus Lucillus*

S Saty-

410      ÆTAS VI. ab an. 3743;  
satyrarum scriptor primus inter La-  
tinos.

HORTENSIUS Romanus, orato-  
rum sui temporis princeps, æmulus  
fuit quoad vixit Ciceronis, illique se-  
cundus. De quo refertur, quod fuerit  
Orator delicatior, quam virum decet,  
& formæ non minus, quam eloquen-  
tiæ studiosus, quia nunquam speculo  
inconsulto prodire voluit in publi-  
cum, quin prius in illo semetipsum  
contemplatus & admiratus fuerit.

HORTENSIA filia fuit HOR-  
TENSII, quæ non solum patris fa-  
cundiam & doctrinam addidicit, sed  
etiam ipsius pronunciandi splendo-  
rem æmulata est. Hæc in Triumvi-  
rorum Magistratu, cùm Matronarum  
Romæ multitudo, publicâ exi-  
gente necessitate aliquando magno  
onere gravaretur, & nusquam vir in-  
veniretur, qui mulierum causam age-  
ret, sola ausa est animo constanti co-  
ram Triumviris eâ facundiâ perorare,

ut ma-

ut maximā omnium admiratione crederetur ipse Hortensius elocutus esse, tamq; ob rem quicquid expetiērit, obtinuerit.

Floruerunt temporibus Pompeji *Photius* Orator, natione Gallus, qui prius Rheticam Romæ docuit, & discipulum Ciceronem na&gt;tus est\* *Lucius Pomponius* Historicus & Ora-  
tor\* *Leonicus* Grammaticus doctissimus, commentarios medicos, quos Pompejus Magnus in Archiviis Mi-  
ridatis reperit, in latinum transtu-  
it, magno emolumento rei medicæ\* *Ultracillus Plotus* instrutor Cnei Pom-  
peji\* *Asolepidus* medicus\* *Diodorus*  
IOR-  
ris fa-  
it, sed  
endo-  
umvi-  
narum  
á exi-  
nagno  
vir in-  
magine-  
nti co-  
rorare,  
ut ma-  
lardensis Orator\* *Methrodorus* Rhe-  
or Græcus\* *M. Furius* Poëta co-  
gnomento *bibaculus*, natione Cremo-  
nensis\* *T. Lucretius* Poëta, qui postea  
matorio poculo in furorem versus  
propriâ se manu interfecit\* *Apollo-*  
*nus* Pergamenus, Orator Græcus,  
*Claudij Augusti* Præceptor, cuius di-

Scipulus quoq; fuit Dionysius cognomento *Atticus* Historiis clarus\* *Theophanes* Mitilenus, qui res gestas Pompeji magni, cui familiaris erat, posterrati transcripsit\* *Mithridates* Philosophus Pergamenus, qui postea cum Julio Cæsare contracta amicitia ad eos honores pervenit, ut Bossori rex efficeretur\* *Catullus* Poëta patriâ Veronensis, qui scripsit amatoria\* *Diodorus* Historicus siculus, Græcæ potissimum historiæ scriptor.

**TULLIUS** cognominatus **MARCIUS CICERO** Volscorum genere natus anno m. 3948. ante Chr. 105. Olymp. CLXVIII. Patrem habuit *Tullium*, matrem *Majam*: in juventute sua optimis disciplinis & artibus ita exultus est, ut adultâ ætate in omnigenere scientiarum principatum tenueret, non minus Palladis togatæ, quam sagatæ strenuus spectator: militare cœpit sub *Sylla*, sub quo hostes extraneos superare didicit: consul deinde fatus anno ætatis suæ quadragesimo se-

secundo ad reipublicæ intestinos ho-  
stes, *Catilinam*, *Clodium*, *Antonium*,  
*Verrem*, aliasque sanguinarias conju-  
tatorum cohortes eloquii sui vires &  
arma convertit, tot victoriis in rostris  
potitus, quot nullus imperatorum in  
campis: centies expugnator animo-  
rum perorando triumphavit, & po-  
pulum Romanum rapuit in admir-  
ationem: Experiri nihilominus de-  
buit, quam incerta sint omnia, quæ  
gratiâ hominum & plausibus nitun-  
tur, quando ipse non solùm à *Clodio*  
arditissimo nebulonum in exilium  
sus est, sed etiam iniquissimæ con-  
ordiæ victima cadere debuit, quam  
Triumviri, *Antonius*, *Augustus* &  
*Spidus* conjuratâ tyrannide iniérunt,  
integerrimorum virorum cruento  
anxerunt. De morte Ciceronis ita  
D. *Augustinus* lib. 3. de civitate Dei  
ap. 30. *Octavianum* adhuc adolescen-  
tis fovebat *Tullius*, sub spe Reipublicæ  
removenda contra *Antony* malitiam;  
& *Augustus Octavianus Caesar Anto-*  
*nium*

nio permisit Ciceronem occidere, quasi  
concordia quādam pactione. Tullius  
patriæ pater anno vitæ suæ 64. à Po-  
pilio, quem ipse defenderat, tradi-  
tus est voluntati infensissimi hostis sui  
Antonij; in fuga captus & capite trun-  
catus est, cùm priùs linguae partem  
præscidisset, & caput in rostris Roma-  
nis expositum est an. m. 4011. ante  
Chr. 42. Scribunt Antonium, prius  
quād capite truncaret, lingue partem  
refecuisse propter invenitivas adversus  
se dictas, cui Cicero dixerit, *nil agit  
Antoni, scripta diserta manent.*

CATO JUNIOR Catonis senioris,  
*Censorini* dicti, prœnepos, Philosophus  
& Orator clarissimus, Senatus Roma-  
ni ornamentum & decus litteraturæ  
exquisitissimæ, insuper patriæ salutis  
& libertatis avitæ retinendæ tantâ in-  
temperantiâ æstuans, ut, cùm Aetia-  
câ pugnâ peremptam populi Romani  
libertatem videret, ferrum in se ipsum  
strinxerit, & cùm vulnus nondum ex-  
animati amici & domestici contine-  
rent

quasi  
llius  
à Po-  
radi-  
is sui  
trun-  
rtem  
oma-  
ante  
orius  
rtem  
ersus  
ilagis  
ioris,  
phus  
oma-  
aturæ  
salutis  
tā in-  
A&tia-  
omani  
ipsum  
m ex-  
ontine-  
rent

rent atque obligarent, suis ipse manibus vulnus ferociter distraxerit, atque obfirmato animo se interemerit anno m. 4008. ante Chr. 45. Vocatur hic Cato Uticensis, quia Uticæ violentam sibi mortem adscivit.

Claruerunt etiam hisce temporibus *Salustius* Romanus Historicus ac Philosophus, quem S. *Augustinus* vocat *insignem nobilitate veritatis* \* *Varro* vir acumine ingenij & editis copiosis libris celeberrimus, cujus meminit S. *Augustinus* lib. 6. de civitate Dei, ait que in omni eruditione versatissimum fuisse \* *Menecrates* Nosensis Philosophus \* *Aristodemus* ejusdem Menecratæ filius \* *Sostratus* frater Aristodemus \* *Æmilius Macer* Poëta natione Veronensis \* *Antonius Musa* Cæsarialis Augusti medicus, à quo statuā publicā ex ære fusā honoratus est, cum gravi morbo eum exemisset; perijt in naufragio \* *Servius Sulpitius* doctissimus Jurisconsultus \* *Falcidius* Jurisconsultus & tribunus plebis, con-

416      ÆTAS VI. ab anno 3743.  
ditor legis Falcidiæ \* *Albanus Tibullus*  
eques Romanus, Poëta & vir litteratis-  
simus \* *Parrus Tucha* Poëta & con-  
tubernalis Virgilii \* *Messale Corvi-*  
*nus* Orator magno loco apud Augu-  
stum, qui regi Herodi benevolentiam  
conciliavit, ut rex Judææ nominare-  
tur \* *Cornificus* Poëta Romanus, & si-  
mul militaribus gestis præclarus, à suis  
militibus destitutus occubuit, quos  
fugitivos galeatos lepores appellare  
consuevit \* *Cornifica* soror *Cornifici*  
poëticæ artis præstantiâ cum fratre  
certavit \* *M. Bauius* Poëta celeberrî-  
mus, cuius in bucolicis *Virgilius* me-  
minit \* *Tullius tyro* Ciceronis alum-  
nus, & libertus, & socius atque adju-  
tor Ciceronis in litteris, post cuius  
obitum in prædium Puteolanum se-  
contulit, & in annum centesimum vi-  
tam extraxit. \*

VENTIDIUS BASSIUS humili-  
loco natus patremurario, & à Pompe-  
jo cum matre in triumpho ductus, sci-  
entiâ & re militari ita profecit, ut ab

Anto-

Antonio provinciarum orientalium  
Præfectus constitutus fuerit; Cæsar is  
deinde favoribus Prætor, pontifex,  
Romanus & consul factus fuit, quâ dig-  
nitate postremâ obtentâ circumiens  
Romæ exclamavit ad cives: *videte*  
*portentum, qui muros fabricabat, consul*  
*factus est Romanus.*

VIRGILIUS MARO Poëtarum  
princeps, natione Mantuanus, natus  
anno m. 3984. ante Chr. 69. ingenij  
fuit ad poësin & Mathesin, aliasque li-  
berales artes à natura facti factique, &  
industriâ constantiâque mirifice à  
primis annis elaborati claritate & ce-  
lebritate Cremonam, Mediolanum,  
Neapolim & Romam illustravit. Osor  
voluptatis & spurcitarum, *Casari Au-*  
*gusto* ob puritatem in scriptis & mori-  
bus valde acceptus & dilectus, obiit  
tandem Brundusij anno ætatis suæ 52.  
cujus ossa Neapolim translata in via  
Puteolana condita cum epitaphio,  
quod ipse sibi condidit.

S 5

Man-

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc  
Parthenope: cecinit pascua, rura, duces.

MECÆNAS vir litteratus & litterarum fautor ac protector singularis, **Augusto Cæsari** familiarissimus & in summis amoribus propter fortitudinem, felicitatem & in monendo libertatem cum maxima prudentia coniunctam; cui urbis custodiam tradere non dubitavit, quia ab omni ambitione, dolo & omni cupiditate alienum novit. Fuisse autem illum præsidium litteratorum ex *Virgilio*, *Horatio* & alijs notissimum habetur, nec sine gloria nomen MECÆNATIS ad posterios benigitatis ipsius imitatores propagatum est. Obiit anno 5046° ante Chr. 7.

HORATIUS Poëta patriâ Venuſinus patre Libertino natus ex humili forte, ingenij & litteraturæ præstantiâ evasit ad Tribunatum, quo à *Bruto Cæsar* interfector honoratus est. Post *Brutum* autem devictum ad *Augustum* reversus *Mecanatis* patrocinio

&amp;

& intercessione gratiam favoremque ejus obtinuit, & vitam poësi concin-  
nandæ addixit tam eleganter, ut inter  
Lyricos principatum mereatur. Mor-  
tuus est anno vitæ quinquagesimo  
septimo, ut creditur ex nimio dolore  
ob *Mecanatem* suum paulò antè de-  
functum. Vir fuit linguâ melior, quam  
vitâ, in cuius sepulchro sine injuria  
(& ipso neutiquam repugnante) in-  
scribi posset: *Epicuri de grege porcus*,  
adeo voluptatibus sese laureatum  
mancipium consecravit. Cumque ex  
poësi suâ valde opulentus evasisset,  
obiens hæredem scripsit *Augustum*, si-  
c ut etiam *Mecanas* fecit, fuitque maxi-  
mâ pompa apud *Mecanatum* suum  
sepultus.

Illustres circa eadem tempora exti-  
terunt *Cornelius Gallus Poëta*\* *Bassus*  
ornatissimus Orator & Dux Augusti  
*Cæsar* præstantissimus \* *Strabo Hi-  
storicus, Geographus & Philosophus*  
natione Cretensis \* *Solinus Histori-  
cus & Orator* gravissimus \* *Titus Li-*

420    **ÆTAS VI.** ab an. 3743.  
**V**inius Patavinus Historicorum tam Græcorum, quam latinorum princeps, obiit anno post Christum natum 27.\*  
**V**alerius Maximus Romanus, Philosophus & Orator eloquentissimus, cui familiare erat illud: *Lento gradu ad vindictam sui divina ira procedit, tarditatēmque supplicij gravitate compensat*\*  
Anthenodorus patriâ Tharsensis Philosophus Stoicus\*

**OVIDIUS NASO** Sulmonensis Poëta clarissimus, elegiarum elegantia plurimū apud Augustum valuit, sed anno ætatis suæ quinquagesimo ab eodem **Augusto** in Pontum insulam apud Sarmatas est relegatus: de criminе non satis constat, in lib. de ponto sic ipse quidem de se canit:

*Naso nimis prudens artem dum tradit amandi,  
Doctrina pretium triste magister habet.  
Sed fuerunt etiam alij, qui eadem ætate scripserunt lasciva impunè, igitur per hoc non videtur exilii sententiam incurrisse. Affirmant nonnulli cum Livia Drusilla imperatrice nimis familia-*

miliarem tuisse, & artis amatoriæ negotium tractare voluisse ; unde(mitigatâ mortis sententiâ) in exilium relegatus fuerit. Obiit an. Chr. 17. exilii sui anno septimo, non tam benè meritus de poësi, quam malè de suis moribus.

### § 10. *Bella & bellis clari.*

**Q**uo tempore bella Judæorū ple-  
raq; gesta sint, suprà commemo-  
ratum in gestis Pontificum, & Ducum  
Judæorum: quos inter Machabæorum  
gloria præcipua enituit , & præter  
alios specimen suæ fortitudinis sin-  
gulare præbuerunt *Eleazarus &*  
*Razias.*

ELEAZARUS cognomento AB-  
ARON interpræliandum cum *Antio-  
cho*, ratus præclaro elephanto insi-  
dere regem, illuc cursu, cæsis hinc &  
inde hostibus pervenit, & succedens  
sub ventrem ejus, belluam suffudit,  
cujus ruentis pondere, ipse quoq; op-  
pressus est. Erant autem elephanti in  
illa

illa pugna numero triginta duo , & singulis elephatis addicti mille viri clypeis & armis fulgentes, ipsiq; elephanti Antiochi jussu vino, & Mororum succo potato ad pugnam efferati.

RAZIAS propter affetum singularem in Judæos , pater *Judaorum* appellatus Hierosolymis *Nicanore* gravante & *Judam Nachabaum* indagante ad occidendum , eidem proditus, cum à quingentis militibus obsideretur, jamque perfractis januis capiendum se videret, ex alto præcipitem se dedit in turbas, ut saltem non inultus aliquos oppimeret; quibus locum cedentibus in vacuum decidens , toto corpore conquassatus, animosè tamen surrexit , & cursu in petram quandam ascendit , ex qua intestina sua spargens super turbas, & invocans Dominum vitâ functus est.

Hoc factum D. Augustinus variè omnem versat in partem, ad condemnandum multò pronior, quam ad probandum; ideo Circumcellionum dementiae furiosæ an conferat , dubium movet; nihilominus propter viri

viri optimi famam & zelum pro vero Deo  
& lege ejus, præsertim quia commendatur à  
sacra scriptura, adscribendum videtur spe-  
ciali instinctui Spiritus sancti, volentis Ju-  
dæos ad generosos ausus pro gloria veri  
Dei contra gentes animare.

### Bella gentium.

**B**ELLUM TARENTINUM duce  
*Pyrrho* Epirotarum rege contra  
Romanos initium habuit an. m. 3774.  
ante Chr. 279, & prælio triplici totum  
bellum confectum est, quod Tarenti-  
ni inferre cœperunt. In primo præ-  
lio Romani duce *Valerio Lemno* (qui-  
bus incogniti adhuc erant elephanti  
& necdum exploratum robur eorum)  
ab his territi & oppressi magnâ suo-  
rum strage cesserunt. Capti sunt à Pyr-  
rho 1800. quos honorificè tractavit.  
Secundo prælio Romani ducibus *P.*  
*Sulpitio* & *Decio* contra milites æquè,  
quam elephantes victores evasere,  
suorum tantum quinque, hostium au-  
tem multis millibus cæsis. Tertio  
prælio iterum victoria penes Roma-  
nos

nos stetit duce *Fabricio*, à quo sibi im-  
tuens *Pyrrhus* missis amplissimis &  
regiis muneribus optimatum Roma-  
norum consulumque animos conci-  
liare studuit; sed quia avaritia Roma-  
nos nondum invaserat, neminem in-  
venit, cuius domus muneribus pate-  
ret; itaque Samnitibus & Curiis devi-  
& tis *Fabricius* Romæ triumphavit. Mis-  
sus autem contra Pyrrhum *Curius den-  
tatus* & *Cornelius Lentulus*, cæsis ex Ta-  
rentinorum exercitu 24. millibus, Pyr-  
rum penitus nunc copiis exutum in  
fugam compulerunt; & composita est  
quies tum inter Tarentinos, postquam  
decem annis bellum insolentiâ Ta-  
rentinorum incepum durâsset, tum  
inter Samnites bello per septendecim  
annos contra Romanos incumbentes.

PYRRHUS rex fuit Epirotarum à Ta-  
rentinis imperator belli postulatus, quam  
opportunam regni sui augendi occasionem  
ille ratus, promptissimè amplexus est, æquè  
parandis, quām regnis perdendis natus,  
magis spe regnum, quām usu *Alexander*  
*dimidiatus* dictus, ejus ambitione & regnandi  
insa-

infatiabilem libidinem æmulabatur ; cu-  
piebat omnia , donec nihil demum tenuit,  
infestus omnibus , Siculis , Carthaginensi-  
bus , Tarentinis , Romanis , Spartanis , à  
nullo tamen ex omnibus his immò nec om-  
nium viribus conjunctis vietus fuit , donec  
Argos occupantem & ferocissimè inter  
promptissimos dimicantem intra portas  
anicula imbellis illis tegulæ postravit , &  
truculentum ducem exanimavit anno ante  
Chr. 241.

FABRICIUS singularem laudem refert à  
continentia sua , cùm enim Pyrrhus novis-  
set tenuem Fabricij & pauperem sortem ,  
obtulit ei quartam regni sui partem , si ad  
partes suas à Romanis transiret , cui Fabri-  
cius respondit : *malle se vivere pauperem in*  
*divite imperio , quām in paupere imperio divi-*  
*tem esse* ; repulit etiam alterā vice oblatos à  
Pyrrho thesauros , quibus amicitiam ejus  
sibi conciliare & fidelitatem expugnare  
tentabat , hoc responso redditio , *neutiquam*  
*Romanos divitias quarere , sed querere , ut di-*  
*vitibus imperent* ; quod admiratus Pyrrhus  
ajebat , *difficilius Fabricium ab honestate ,*  
*quām solem à cursu suo dimoveri posse* Tantæ  
fuit ob fidem apud Pyrrhum æstimationis ,  
ut unius illius fidei omnes captivos 180.  
crederet hāc lege , ut si pacem abnuisset te-  
natus C quam per Cineum legatum & du-  
cem

426      ÆTAS VI. ab an. 3743.  
cem suum petebat ) salutatis amicis & ce-  
lebratis saturnalibus ad se remitterentur,  
idque mirâ fide factum est. Obijt Romæ  
nihil hæredibus præter bonam famam re-  
linquens.

Anno m. 3774. ante Chr. 279. Gal-  
li populosissima gens, ut novas terras  
acquireret, cum trecentis millibus eru-  
perunt, & pars illorum media in Ma-  
cedonia invaserūt, & *Ceraunum* occur-  
rentem profligârunt ac ceciderunt:  
pars altera duce *Brenno* in Græciam  
involavit, ingenti omnium conser-  
natione, sed cum profanis spoliis ad-  
dere concupiseret etiam sacra, &  
pararet Delphicum templum expila-  
re, aëre per grandinem & frigore præ-  
liante, variis casibus periére, & Brenno  
demum ipso mortem sibi violentam  
inferente, nullus Gallorum evasit.

Anno m. 3790. ante Chr. 263. in-  
choatum est primum bellum Puni-  
cum à Romanis: quoctunque prætex-  
tu ejus indictio facta fuisse perhibea-  
tur, reipsâ propter Siciliam Italiz  
proximam, eiisque horreum futuram.

pro-

Propter hanc duo commissi sunt populi, Pœni & Romani odiis interne-  
cinis grassaturi.

Primæ expeditionis navalis Dux fuit Ap-  
pius Claudius, Quinti Fulvij consulis colle-  
ga, qui primus omnium Itatarios milites  
Romanos classi commisit & Romanis haæte-  
nus intentatum mare, cum milite pugnæ  
mobili inassueto, explorare ausus est, &  
quidem ausu tam fortunato, ut in ipso ele-  
mento quod Afrorum & Siculorum propri-  
um credebatur, pugnâ navali commissâ Hiero-  
ronem Siculorum regem profigaverit ma-  
gnanimitate Duillij nunquam tentatum fa-  
cinus moderante. Poenos per occupatam  
Siciliam prosecutus est Attilius Regulus & in  
gentibuscladibus fugientes affecit in Africa.

( Erant enim Pœni sive Carthaginenses  
evocati ab Hierone rege Siciliæ, ut adversus  
Romanos confederatis viribus pugna-  
rent ) Victorem autem Regulum victoriâ  
spoliavit Xantippus, qui Carthaginenses  
artes spartanâ virtute sufficiens cum re-  
pulso Regulo bellum quoque repulit in Sici-  
liam, quæ facta est belli sedes, donec per  
Metellum in Africam Pœni iterum retrusi  
sunt : idque non sine damno Romanorum  
terrâ marique percepto : quod tamen lu-  
crum ingens ex Sicilia, Mellana & Hierone  
rege

428      *ÆTAS VI, ab anno 3743.*  
rege superatis & captis uberrimè compen-  
savit.

Altera expeditio à *Marcus Regulo & Lu-*  
*cio Manlio* consulibus suscepta est contra  
*Amilcarem Afrorum ducem*, in qua captis  
mersisque pluribus navibus, Romanis  
cessit magna copia elephantorum & virgin-  
ti septem millia captivorum, quos Romam  
misericordia; neque tamen semper feliciter ce-  
cidiit belli alea Romanis. In tertia expedi-  
tione suscepta Carthaginenses pacem ro-  
gârunt suppliciter, sed à *Regulo* durioribus  
conditionibus oblatis (non tamen accep-  
tatis) rejecti sunt; unde efferati & auditis  
Lacedæmoniorum copiis regem cum omni  
exercitu ultimâ pernicie devicerunt, ita ut  
duobus tantum Romanis fugientibus 30.  
millibus occisis ipse Regulus cum quingen-  
tis captivis in vincula coniijceretur.

Hanc stragem *Marcus Æmilius Paulus,*  
& *Servius Fulvius* novâ expeditione & no-  
biliore fortunâ vindicaverunt, Afris terrâ  
marique superatis & ducentis hostium mil-  
libus interfectis captisque centum & trigan-  
ta elephantis.

Carthaginenses adhæc Regulum Romam  
cum legatis suis misericordia; qui captivorum  
permutationem imploraret, suscepto ta-  
men prius ab eo juramento, ut si Romani  
permutationi non assentirent, ipse Cartha-  
ginem

ginem rediret, qui ut D. Augustinus de eo scribit variis in libris *de civitate Dei*: cùm Romam venisset, in senatu contraria legationi suæ Romanis persuasit, asserens utile eis non esse propter se, jam propè senio confessum virum, tot robustos & nobiles captivos permutare, quod etiam factum est, Regulus autem ut se tenacem datæ fidei præstaret, Carthaginem rediit, ubi crudeliter est habitus. Resectis enim palpebris vel sursum deorsum consutis, expositus est ad sollem: quotidie etiam inclusus in machinâ seu dolio acutis clavis intrinsecus horrente, in quo circumagebatur, illâ machinâ ex loco lubrico defluente. Sic cruciatus ac præterea diu vigilare coactus Regulus interiit, vir supra modum fortis & constans.

Alternis victorijs & cladibus Romanos inter & Pœnos per 23. annos ferociter pugnatum est, & Pœni tandem cladibus magnis attriti pacem postulârunt & non ægrè impetrârunt his conditionibus: Pœni universâ Siciliâ excedunto; cum Hierone bellum non gerunto (erat enim jam Hieron rex Siciliæ à Romanis redditus, quanquam Siciliæ regnum cum rege maneret Romanorum). Syracusanos armis ne petunto, neque socios Syracusanorum: captivos omnes sine pretio Carthaginenses Romanis reddunto: argenti talenta bis mille & ducenta intra annos

430      *ÆTAS VI. ab anno 3743.*  
*annos viginti Panis Romanis pendunto. Et*  
*hic fuit eventus primi belti punici , quod*  
*Romanis multiplicis triumphi materiam*  
*suppeditavit.*

Anno m. 3829. ante Chr. 224 eru-  
pit bellum Gallicum, quod octavum  
jam annum Insubres Boii Galliq; con-  
tra Romanos meditabantur; accessé-  
re ad Insubres Geffatæ Galli cum re-  
gibus *Concolitano*, *Aneroësto*, *Virido-*  
*maro*, qui validis exercitibus instructi  
comparuerunt. Tot populis ut se  
Romani possent opponere, Venetos  
& Cenomanos ad se traduxerunt, tota  
deinde Roma cum tota Italia (etiam  
sacerdotibus non exceptis, qui alias  
exemptierant militiæ gravaminibus)  
arma induere coacta est; & tres exer-  
citus fortissimi compacti sunt: *Poly-*  
*binius* numerat in triplici exercitu se-  
ptuaginta sex millia. Pugnatum pri-  
mò ab uno exercitu Romanorum si-  
nistro Marte , cæsis multis millibus  
suorum ; Galli autem spolia domum  
referre festinantes, & tunc ad debel-  
lan-

landos Romanos reverti cogitantes, ex inopinato triplici coēunte exercitu Romanorum, omni ex parte conclusi & arctati sunt : unde statuerunt aut vincere aut mori. Fortissimis igitur animis pugnare cœperunt, & forte conceptæ lpe respondisset secundus eventus, nisi sagis braccisq; rejectis nudi cum solis armis pugnare, & primos ordines occupare temerè & insolentes tentâssent: à sagittariis enim mox telis confixi, partim in vestigio ceciderunt, partim retrocedentes ordines turbaverunt, & quadraginta millibus suorum cæsis, decem millibus captis, multis suorum millibus fugâ dilapsis, Romanis præbuere viatoriam. Captivos inter rex *Concolitanus* fuit, quem *Æmilius* Romæ cum aliis captivis in triumpho ad Capitolium deduxit, quia juraverant se non prius thoraces exuturos esse, quam in Capitolium venissent.

Anno m. 3836. ante Chr. 217. *Anibale Carthaginensium duce Saguntum*

tum expugnante , Romanos pudor, quia sociis opem non tulerunt, & furor, quia viderunt leges violatas esse, eò abripuit, ut peterent per legatos aut Hannibalem sibi à Carthaginensibus & Saguntum restitui, aut bello gravissimo vindicandam injuriam intelligerent. Carthaginensibus nihil ad has minas perterrefactis, sed arma inclamantibus tam ferox bellum motum est, ut per annos octodecim Europa & Africa Pœnorum & Romanorum sanguine stagnâverit: & primò quidem in multis præliis ab Annibale stetit victoria: postea ab eodem, ex ægritudine aliqua lusco facto (veluti fortuna deformem despueret, & juvenem floridum præ lusco amaret) ab Hannibale ad Scipionem Romanum, postea dictum à victoriis Africanum recessit . Duces, qui bellum hoc celeberrimum reddiderunt, præcipui fuerunt, qui sequuntur.

HANNIBAL filius Amilcaris magniducis Carthaginensium natus annos 25. imperator

tor exercitūs creatus est, ingentis animi, maturi consilij, intrepidæ audaciæ, indēfessæ industriæ imperator. Proximo triennio, quo imperium suscepit, omnes Hispaniæ gentes bello subegit, & Saguntinum civitatem opulentissimam, populi Romani amicam fame oppressit tam furiosā, ut teste D. Augustino diu suorum cadaveribus pasta fuerit: quæ denique omnibus exhausta viribus & rebus, ne saltem captiva in Hannibalis manus veniret, ingentem rogium publicè construxit, in quem ardenter omnès incolæ unanimi consilio sese conserunt, & cineres suos victori Hannibali cum urbe reliquerunt. Posthac Hannibal fratre suo Asdrubale ad Hispaniæ custodiam relisto, saltus Pyrrheneos transiit, & cùm ad Alpes pervenisset, quæ Italiam à Gallia dividunt, quas nemo unquam cum exercitu præterquam Hannibal pertransiit, ita prærupta illa & lapidosa montium aceto infuso & ignibus patefecit, ut elephantis oneratis strata pervia præberent. His itineribus superatis in Taurinenses agros descendit, & pervagatus totâ Cisalpinâ regione Romanos tribus atrocissimis præliis proficiavit, urbes multas obtinuit, inde in Liguriam & Apenninum transiliens Hetruriam invasit, ubi gravi catarro affectus oculorum alterum perdidit. Causam hujus ægritudi-

T

tudi-

434      **AETAS VI.** ab an. 3743:  
tudinis coniunct in nives, quarum intuitu  
continuo in Alpium transitu multi militum  
eius excæcati sunt.

Sic luscus redditus *Flaminium consulem*  
apud Thrasimenum lacum occidit, & 26.  
millia feroci confictu interfecit. Cladi-  
bus ut aggerem opponerent Romani, *Fa-  
biuum Maximum* miserunt, qui castra suaper  
summa montium abdita ponens, Hannibalis  
fervorem cunctando eludere cœpit, donec  
oblatâ cœdendi occasione Aretinorū auxi-  
lio vicit: qui tantum ad hoc bellum appa-  
ratum contulerunt, quantum testante Livio  
zota nunc Hetruria non conficeret. Per  
sexdecim ergo annos totam Italiam varijs  
cladibus *Hannibal* fatigavit, indeque in  
*Apuliam* conversus stragem ingentē, iterū  
intulit Romanis apud Cannas, in quo  
prælio tot Romanorum millia occisa sunt,  
ut tres annulorum aureorum modios, quos  
è militum occisorum manibus extraxerat,  
Carthaginem mitteret. Hoc prælio consu-  
lares omnes viri & senatores, aut capti, aut  
interfecti sunt, & actum fuisset cum Roma, si  
*Hannibal* uti potuisset victoriā. Sed Capuæ  
captæ delicij & otio miles per hyemem  
emollitus (quem labor haetenus indurave-  
rat) deinceps subsistere non valuit. Aliun-  
de etiam sinister eventus cursum victoria-  
rum Hannibal stitit; nam P. & Cn. Corne-  
lius

lius Scipiones in Hispania Asdrubalem fratre  
Hannibalis (quem cum exercitu in Ita-  
liam acciverat) non tantum ab itinere in-  
cepto represserunt, sed audacissimo & for-  
tunatissimo prælio victum, castris & milite  
exuerunt, unde res Pænorum infirmari  
capit.

Capua posthæc à Romanis iterum obsesa  
ab Hannibale redimi non potuit; unde  
Capuani, metuentes pœnas à Romanis ob-  
defectionem infligendas, consilio inito ma-  
gna ex parte (inter quos 27. senatores nu-  
merantur) convivia celebrarunt, & mutu-  
is veneni propinicationibus ad mortem ob-  
eundam semet invitârunt; alij autem po-  
puli Romani elementiam sæpius experti,  
legatos de urbe dedenda miserunt: quâ ob-  
tentâ Romani præter spem crudeliter sa-  
vierunt. Fulvius enim 53. Senatores virgis  
casos securi percussit, priusquam responsum  
Româ veniret, quid cum Capuanis victis ac  
vincitis statuendum esset. Trecenti nobiles  
Capuani venditi, distracti & varijs casibus  
intercepti perierunt. Syracusa quoque à  
Marcello pulsis Pænis recuperata: cum Agri-  
mento tota Sicilia à Romanis iterum subad-  
da, pulso Hierone: Carthago nova à Scipione  
uperata, & fugato Magone tota deinde belli  
ortuna Pœnos deseruit. Hannibal enim,  
quantumcunque vires suas restaurare labo-

T 2

xaret

436      *ÆTAS VI. ab an 3743.*

raret, *Marcello* tamen cedere coactus, unde  
multæ ad Romanos ditiones factæ , &  
multi in Hispania ad *Scipiones* transiérunt.

*Hostilius* quoque *Hannibali* formidabilem  
se præbuit cum exercitu , qui Poenos carp-  
sit , & quaqua potuit, valde diminuit. Post  
hæc Poeni cernentes hinc Asarubalem ite-  
ratis præliis succubuisse, inde *Hannibal* vi-  
res plurimum debilitatas esse, & præclaris-  
simorum ducum Romanorum , *Fulvy*, *Mar-  
celli*, *Scipionum*, *Fabij* fortitudine ac felici-  
tate , retroversam victoriam relictis Poenis  
ad Romanos remeâsse, *Hannibalem* (quan-  
quam multum invitum & diu reludantem)  
*Carthaginem* revocant , pacemque tan-  
quam castigati suppliciter rogant & impe-  
trant: *Hannibal* autē inde sibi metuere cœ-  
pit: fiebat enim initâ pace suspectus Roma-  
nis de fœdere inito cum *Antiocho*, unde Ro-  
mani trādi sibi postulabant *Hannibalem* ;  
quod ille resciens fugit ad *Antiochum* , quod  
etiam Romani arma sua converterunt , &  
bello facti superiores *Antiocho*, ab hoc quo-  
que postulant *Hannibalem* ; sed præmonitus  
iterum *Hannibal*, etiam nunc fugâ maturâ  
evasit ad *Prusiam* *Bythiniæ* regem , quem  
insecutus mox *Quintius* legatus à Rege  
*Bythiniæ* postulat, bellum minatus, & Ro-  
manas inimicitias, nisi dederetur *Hannibal* ;  
quam ditionem cū ultra declinare non

pos-

*usq; ad an. mundi 3743.*

437

posset, haulto veneno ( quod more regum  
in annulo circumferebat ) morte spontanea  
prævenit an. m. 3871. ante Chr. 18. ætatis  
suæ septuagesimo.

FABIUS MAXIMUS consul Romanus,  
militaris rei peritissimus, triumphos quin-  
que egit, & electus contra Hannibalem di-  
ctator non tam bellando, quam cunctando,  
& maturè consilia agitando, rem publicam  
ab interitu, in quem Hannibalis fervore  
rapi videbatur, servavit. Cum enim vi-  
disset Minutium collegam suum à Poenis vi-  
quum, quanquam sibi infensum, privato ta-  
men odio, posthabito amore patriæ, Pœ-  
nos aggressus, Romanos periculo liberavit,  
de quo Hannibal dixit, *facile cogitabam hanc*  
*rubem Fabium intelligebat* ) cunctantem,  
temporatem & prosellam parituram esse. Vito  
Hannibale quintum triumphum, cumque  
celeberrimum Romæ egit. Laudat S. Au-  
gustinus in Fabio singularem abstinentiam,  
quod in eversione Tarenti & publica dire-  
ptione non permiserit diripi simulachra  
Deorum & interroganti quid simulachris fa-  
tiendum statueret, responderit, *relinqua-*  
*nus Tarentiu iratos Deos suos.*

CLAUDIUS NERO cum Livio Salinae-  
lore consule adversus Asdrubalem exerci-  
tum duxit, quem collatis signis devicit, &  
perempto Romæ triumphavit.

T 3

CLAU-

**CLAUDIUS MARCELLUS** ijsdem temporibus contra Syracusanos missus, urbem Syracusanam evertit, & ut S. Augustinus de eo scribit, in ipso hoste servanda padicitia curam gessit, antequam enim civitas invaderetur, editio publico constituit, ne quispiam corpus aliquod liberum violaret. In re militari egregie excelluit: ad nullum genus pugnæ vel segnis vel minis exercitatus. Captio Mediolano, & omnibus oppidis Æmiliae, vietiisque Iberis cum duce Briomate, quem Marcellus ipse manibus suis duello aggressus peremis, Romæ splendissime triumphavit. Demum cum Poenis pugnans, unà cum Crispippo ejus collega lancea perfossus occubuit.

**SCIPIO AFRICANUS** filius **Scipionis**, vir non solum Scipionum, sed omnium ferme Romanorum primarius: cum annum ageret 24, & intellexisset senatores propter Hannibal metum Italiam relikturos, veniens in senatum extracto gladio id fieri prohibuit, asserens se patriæ defensorem futurum. Tanta ex facie ejus effulgebat virtutis præstantia, ut Masinissa Rex ad eum veniens & intuitus, sic virum admiratus fuerit, ut ne oculos ab eo contemplando averteret. Voluptatem carnis ab exercitu proscrispsit, & duo millia scortorum abegit. Capti Carthagine, novâ Hispaniæ urbe,

Mago-

Magonem fratrem Hannibalem captivum Romanum transmisit, Amionem Afrorum ducem cum Siphace Numidiæ rege, Romanæ distinctioni subegit: Hannibal equitatum ita fudit, ut supra 20. Pœnorum millia cæsa, & totidem uno die capta fuerint, Hannibale cum paucis equitibus elapso: unde honorificentissimo triumpho Romam inventus, in ærarium retulit prædam auri & argenti pondo centum & viginti duo millia. Siphacum quoque captivum duxit, & sic finem bello punico secundo imposuit, cum illud octodecim annis durasset. Hic ille Scipio fuit, qui, cum in senatu deliberaretur, an Carthago evertenda esset, contradixit Catoni, noluitque illam Romanorum æmulam urbem deleri, ne Romani sine æmulâ urbe otio lascivirent; quod etiam contigit. Hic tandem Scipio patriæ pater & conservator, æmulorum invidiâ de pecunia in senatu accusatus, apud Linternum Tusculum exul, privatus vitam finiit, & nihil ex omnibus præliis & victoriis in Africa gestis retulit, nisi inane cognomentum hoc Scipio Africanus.

SCIPIO NASICA prædicti Scipionis frater, dictus Asianus ab Asia devista. Hic Antiochi filium Epiphanem obsidem Romanum deduxit, triumphavit de Boiis superatis, in quo triumpho usus est Gallicis carpentis

440  
arma . signa , spolia Gallica omnis generis transvexit , & cum captivis nobilibus ingentem equorum gregem, præter æris im- mensam copiam intulit in ærarium auri du- centa quadraginta sex , argenti infecti tre- centa quadraginta millia pondo.

Anno m: 3854. ante Chr. 199. ex cineribus sopiti belli Punici exarsit bellum novum, Macedonicum di&tū, quod Romani *Philippo* regi intulerunt, qnia is Athenienses socios Romano- rum affixit, & agros depopulatus, & ex Punico fœdere infensus esset Roma- nis. In hoc bello *Quintius Flamininus*, cui (provincia illa cum cōsulari digni- tate obtigerat) rem fortiter & felici- ter gessit. Pax potenti *Philippo* his le- gibus data est , ut imposterum quin- quaginta tantū naves haberet, & re- liqua daret Romanis adversis Græ- cas civitates: arma non sumeret: capti- vos & transfugas omnes redderet; per annos decem quaterna pondo ar- genti millia præstaret; & obsidem *Demetrium* suum filium daret: Post hæc *Quintius* Lacedæmoniis bellum in tu-

intulit, & Nabidi eorum duci, ac y-  
ranno crudeli pacem petenti, quibus  
ipse conditionibus voluit, dedit, veri-  
tus, si bello ad duriora eum cōpelleret,  
& successor alius triumphi honores re-  
portaret.

Anno m. 3905. ante Chr. 148. ex-  
arsit tertium bellum Punicum coss. I.  
*Manlio Censorino, & M. Manlio.*  
Placuit senatui Romano hoc bellum  
indici Pœnis, quod contra fœdus plu-  
res naves haberent: extra fines duxis-  
sent exercitum, & *Masaniſſe* socio  
& amico populi Romani arma intulis-  
sent: jussi igitur sunt, ut omnia arma  
navesque Romanis traderent: qui ti-  
more perculti, tantam repente vim ar-  
morum contulerunt, ut tota Africa il-  
lis armari potuisset: postquam vero  
arma comportarunt, jussi quoque sunt  
relietâ civitate procul à mari decem  
passuum millibus recedere. Quo au-  
dito Carthaginenses dolorem despe-  
rationis miscentes decreverunt aut ur-

T 5              bem

bem defendere, aut cum urbe perire,  
quamobrem *Aſdrubales* duos duces  
suos creaverunt: dehinc arma nova  
facere aggressi, cùm æris ferriqué ma-  
teria deficeret, auro argentoqué hunc  
defectum suppleverunt, consulibus  
urbem oppugnantibus tanto impetu  
restiterunt, ut turpiter repulsi, & Ro-  
mam repetere coacti sint: donec *Scipio*  
*Magni Scipionis* nepos extra ordinem  
consul creatus sextiduanâ oppugna-  
tione ad ditionem Carthaginenses  
coëgit, rogantes, ut saltem vitâ serva-  
tâ servire liceret; atque ita exire per-  
missi; primò quidem mulierum  
agmen satis miserabile, quarum, ut  
Livius ait, fuere 25. millia, post mulie-  
res virorum turba descendit ad 30.  
millia, qui omnes captivi ducti. *Aſ-  
drubalis* uxor, liberi & universa fami-  
ilia fœmineo quodam furore rogo  
excitato in medium incendium sese  
conjecere. Transfugæ ad populi  
spectaculum feris traditi sunt discer-  
pendi, aut conculcandi. *Carthago*  
sup-

suppositis ignibus sexdecim continuis diebus præbuit spectaculum. Captivi pleriq; principibus venundati, *Scipio* autem eodem cognomine, quo avus ejus nobilitatus est, & dictus *Africanus junior*. In triumphum duxit excisa Carthagine laureatam Romanam securitatem. Annis 22. post eversiōnem nova Carthago reposita est, & ci-  
ves Romani plurimi eō adducti; sed intra breve tempus Æthna ultra soli-  
tum igneos cineres evomens, te&tā  
ejus exussit, cui calamitati sublevan-  
dæ senatus Romanus decem annis ve-  
& tigalia remisit.

Anno m. 3942. ante Chr. 111. bel-  
lum Jugurthinum jam pridem sceleri-  
bus *Jugurtha* debitum, & Romanorum  
optimatum avaritiâ dilatum, tandem  
inchoatum est *Calphurnio* primam ex-  
peditionem parante, fuit autem *Jugur-  
tha* *Masanissa* regis ex pellice nepos &  
rex Numidiorum, qui occisis *Hiem-  
psale* & *Adherbale* *Masanissa* nepotibus  
ex toro regio & legitimo descendē-  
tibus

tibus, & auro corruptis senatoribus  
Romanis diu effreni audaciâ crima  
criminibus cumulavit, & has fraudes  
suas tum multiplici fuso, tum auro  
obduxit, quo judices Romanos, inter  
ipsum & accusatores ejus, arbitros  
æquitatis constitutos excœcavit, ad-  
eò, ut ipse Româ redux, tanquam ma-  
li nihil unquam egisset, sibimet de re  
bene gestâ applaudens, & Romanis  
illudens exclamaret, *O urbem vena-  
lem, & maturè perituram! si emptorem  
invenerit.* Sic demum insolecentem  
armis suis adorti sunt per Culphurni-  
um, qui cùm urbes aliquot pugnando  
cepisset, ab aureis Jugurthæ oratori-  
bus ea, quæ pacis sunt, persuasus, do-  
mum rediit, difficultatem belli in se-  
natu expositurus. *Scaurus* quoque eo-  
dem morbo icterico ab auro *Jugurtha*  
infirmatus, & avaritiâ æger in belli  
negotiis susceptis elanguit, donec  
*Metellus* vir tam auro intactus, quam  
ferro strenuus, qui & inde *Numidicus*  
dictus, invasit, & audaciam *Jugurtha*

audie-

fregit: quam deinde *Marius* omnino  
vicit & in fugam egit, ac tandem *Syl-  
la* à *Baccho* socero traditum catenis  
vinxit, captumque Romam in trium-  
pho induxit, ubi eisdem, quibus ad  
solium gradibus ascendit, ad dignum  
quoque sceleribus supplicium descen-  
dit, in carcere laqueo suffocatus.

Anno 3948. ante Chr. 104. incepit  
bellum Cimbricum, quo ab ultimo  
Septentrione excita gentium exami-  
na, Teutones, Cimbri & Tigurini ita  
Italiam inundabant, ut aetum de Ro-  
ma videretur, interfecto jam *Man-  
lio* consule cum duobus filiis & so-  
millibus Romanorum, & quadraginta  
colonorum millibus trucidatis. Quo  
furore tum saevitum fuerit à victori-  
bus, ex eo perspicuum fit, quod au-  
rum omne & argentum magnâ copiâ  
in Rhodanum fluvium conjecerint,  
dignati attrexare, quicquid Ro-  
manorum erat: loricas, arma, equos  
etiam & tota castra gurgitibus demer-  
serunt: & periisset Roma, nisi *Marius*  
supe-

superato *Iugurthā* cum viōtore exercitu summā celeritate movisset in Gallos, qui tripartito exercitu inter se divisos hostes, primò Teutones ad aquas sextias, Cimbros superato Attesi vagos, & Tigurinos per sylvas & montes fugitivos oppressit, & ducenta millia trucidavit, octoginta millia cepit, præter mulieres, quæ parvulis suis ad taxa illis, pleraque ferro aut suspendio se ipsas pereverunt. *Marius* ab hac expeditione alter Romulus & *Roma conditor* appellatus, tantum gloriæ hausit, ut paulò post temulentā vertigine actus in præceps iverit.

Anno m. 3967. *Marius* antea *Servator* ac *Romulus secundus* appellatus, postmodum, cùm esset propè decrepitus, pessum dedit reimplicam. Septimum enim consulatum ambiens, decretam *Syllæ* provinciam vi captavit. Unde *Syllam* atque Syllanos inter, & *Marium* ac Marianos, bellum Marianum exortum est, in quo tantum sanguinis in urbe, & per Italiam effusum est,

est, ut vindicta Marianorum scelerum  
ipsis sceleribus fuerit funestior: *Ma-*  
*rim* quidem consulatum non tenuit  
ultra decimum sextum diem, & vive-  
re & tyrannidem exercere desiit, mor-  
te per intemperantiam voluntariā si-  
bi adscitā metu *Syllanæ* vindictæ:  
post obitum autem ejus à *Cinna* colle-  
ga consulatū *Sertorio* *Carbone* alijs-  
que Marianis, ingens Romæ laniena  
exercita est, quorum crudelitatem de-  
testantes senatores & optimates ad  
*Syllam* se converterunt, atq; Marianis  
arina opposentes sanguini sanguinem,  
cædes cædibus, scelera Maria-  
na sceleribus Syllanis vindicaverunt,  
donec ambo æmuli tyranni (divinâ  
vindictâ pœnas exigente) utrimque  
sübлатi sunt.

*Cinna* quidem anno 3970. ante  
Chr. 83. à suis confossum est. *Sertorius*  
partium Marianarum firmissimus cly-  
peus conjuratorum dolo tandem in  
convivio periit, Dux summæ virtutis,  
sed calamitosæ. Deniq; Sylla qui ca-  
tenas

tenas *Iugurtha* injecit, *Mithridatēs* compescuit, qui socialis belli furores repressit, qui *Cinna* dominationem fregit, qui *Marius* affixit, qui Marianos confudit, & in sola urbe ex Marianis sex millia necavit, quingentos proscriptis, duodecim millia in Prænesto occidit, qui rem publicam Romanam jugavit & pressit, hic à vermis tandem parvis, sed acutis tortoribus corrosus, pediculari morbo consumptus interiit.

Anno m. 3963. Roma suo fatiscens pondere, intestinis bellis agitari cœpit. Primum sociale dictum, velet etiam Marsicum à Marsis præcipuâ gente Italiz, quod Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Mariani, Lucani, Samnites fidissimi socij, Drusi promissis exerciti & conjurati adversus Romanam suscepérunt, tanto furore, ut Roma non potuerit vincere, nisi trecentis juventutis latinæ millibus absumptis, & Romanis non paucioribus.

Anno m. 3981, ante Chr. 72, bellum ser-

servile in Sicilia per Aquilum prætorum. Posthoc bellum *Spartacum* in Italia per *M. Crassum*, confectum, qui ex ergastulis erumpentes servos, & duce *Spartaco* tumultuantes gladiatores ferro mature exsciderunt, ne ex fæce hominis enata hydra Romanam rem immedicabilivulnere percuteret.

Anno m. 3987 *Pompeius* bellum pyraticum quadraginta dierum spatio mirâ celeritate confecit.

Bellum Mithridaticum initium sumpsit anno m. 3965. ante Chr. 88. de quo in Mithridate facta mentio.

LIUCULLUS ROMANUS Patritius Mithridatici belli imperator Metellum Numidum habuit avunculum devicta Armenia, Mesopotamiâ, ac Nisibi civitate captâ, Romæ imperator appellatus est, præclarissima virtutis suæ specimina dedit contra *Tigranem* & *Mithridatem*: pluribus præliis victor evasit. Demum indignatus suis militibus quibus non adeò placebat, sponte abdicavit, & quieti sededit cœpitq; vivere splendide, & luxu epularum omnes superare, auctor factus & dux Romani luxus: ita ut ingentes illas opes, quas bello acquisierat,

tan-

430      *ÆTAS VI, ab anno 3743.*

tantum convivando consumeret, iretque in proverbium apud eos, qui vellent apud *Lucullum* convivari, ut dicerent *hodie in Apolline canabitur*; consueverant enim, ut Plutarchus scribit, epulæ in *Apolline* præparari pretio quinquaginta millium. Obiit tandem in otio & luxu, ejusque funeralia in *Tusculano* agro celebrata sunt.

### *Conjuratio Catilinaria.*

**A**nno m. 5990. Consulibus *Iulio Casare* & *C. Marcio Figulo* instauravit *Catilina* conjurationem suam. In hunc finem advo- cavit homo perditissimus unum in locum socios suos (ex quibus plerique equites & senatori) libidine prius, vino & omni turpitudine corruptos, eosque nefando sa- crificio, hausto etiam humano sanguine in- ter se devinxit ad mutandum reipublicæ statum, novasque tabulas inducendas. Di- stribuerunt deinde inter se magistratus & sa- credotia, bonos & divites ad cædes desi- gnarunt, ipsum *Catilinam* consulem elege- runt, habiturum collegam *Antonium* sibi non inimicum: quod ubi plerique viri boni patriæ suboluissent, accensi sunt omnes ad demandandum *Tullio* consulatum. Neque tamen ideo *Catilina* despondit animum, sed arma, viros, pecuniam copiosius compara- vit & *Ciceroni* modis omnibus insidias para- vit

vit, quas ille cæteraque eius consilia operâ  
*Fnlvia* discebat, & circum se præsidia cli-  
entum & amicorum occulte habebat: col-  
legam quoque suum *Antonium* pactione  
provinciæ permoverat, ne contra rempub-  
licam à se dissentiret: Macedoniam enim,  
quæ sibi contigerat, ipsi concessit, Galliam  
verò *Morello* mandavit, ne eam *Catilina* sui  
juris ficeret. Cùm dies comitiorum veni-  
set, & Catilinæ neque petitio consulatus,  
neque insidiæ succederent, constituit bel-  
lum gerere & omnia extrema experiri.  
Ideo aliquot conjuratorum varia in loca  
dimisit, qui velut faces Catilinariae bellum  
accenderent. Ipse interim per *Cornelium*  
equitem & *Vargunterium* senatores negoti-  
um *Ciceronis*, specie salutationis, interficien-  
di sollicitè tractat, sed re per *Fulviam* pa-  
teta sicarij januā & domo *Ciceronis* pro-  
hibiti sunt. Jamque *Manly* in Etruria, alio-  
rumq; conjuratorū arma audiebantur, cùm  
rem ad senatum defert consul, ubi pro rei-  
publicæ salute omnia, quæ profutura vide-  
bantur, decreta sunt, & Catilina (qui &  
ipse in senatu comparuit, sive dissimulandi  
sive sui purgandi causā) faceisse ex urbe  
jussus est. Quare ex curia se proripiens furia  
nefaria, indeque intempestā nocte in Man-  
lia castra profectus, nomen & apparatum  
consulis assumit, ad 20. millia militum con-  
tra-

trahit, oppida ad defectionem sollicitat, quos omnes per Antonium senatus celerimè (hoites prius declaratos) bello perseguitur, Cicero autem per Allobroges patefactos primarios quosdam conjurationis complices, Cetheginum, Statilium, Gabianum, Ceparium ordinis senatorij viros decreto senatus unà cum Lentulo (qui consulatu cum Cicerone fungebatur, & imperio à senatu abdicatus erat) publicè spectante populo in carcere in coniectos laqueo omnes suffocari mandat; applaudente populo, aliquibus autem invidiam conflantibus.

Fuit Lucius Catilina nobili genere natus, magnâ animi & corporis vi, sed ingenio pravo, cui ab adolescentia bella intestina, discordiæ & flagitiorum consortium deliciæ fuerunt: quorum facinorosorum hominum copiâ semper magnâ stipatus incedebat, eaque nefariâ manu fretus consulatum ambivit, & tyrannidem intulit, sed comprehensis conjuratis primariis & interfectis, ipse in Transalpina configiens, ab Antonio cum militibus persequente, interconfertissimas legiones confossus est.

CLODIUS ejusdem farinæ cum Catilina (sed non consors ejusdem conjurationis) prænomine *Publius*, ex antiquissima Claudiorum familia civis, sed factiosus & libidinis notissimæ, ut qui tres sorores perincepsum

stum polluit, & in sacris *Bona Dea* cum mulierib; veste deprehensus est. Hic ut Ciceroni in perniciem reipublicæ majus negotium facessere posset, petuit tribunatum, quem cùm ex lege obtainere non posset, quòd Patricius esset, alicui ex plebeis adoptandum dedit, atque natus est tribunatum, & non quievit, donec Ciceronem per vim civitate expelleret; cùm autem insolentior factus etiam Pompejo molestus esset, & optimum quemque lacefferet, placuit senatui Ciceronem ab exilio revocare, qui reversus Milonis operâ inimicum compescuit, à quo etiam Clodius in via Appia interfectus est. Quod facinus Cicero egregiè defendit, sed frustra: Milo enim exiliodamnatus in Massiliam abire compulsus, ubi cum Ciceronis orationem scriptam pro sui defensione legisset, dixisse fertur, *si sic perorasset Cicero, uti scriptist, non ego Massilia umbilices legerem.*

## §. II. Memorabilia Miscellanea.

**A**NNO M. 3750. ANTE CHR. 303. Rhodii Ptolomæi auxillis, à Demetrio, qui Rhodum infecto prælio afflixerat, & arctè obsederat, liberati vindicem suum Ptolomaum divinis honibus

ribus prosecuti sunt, & ingentem illum Colossum solis, inter orbis septem miracula nominatum excitârunt 70. cubitorum, longè quām ipsa Rhodus fuerat, memorabiliorē, qui & urbi fuit ornamento, & secundūm aliquos Græcos recentiores urbi nomen imposuit.

Anno 3770. ante Chr. 273. Sostratus Cnidius in Insula Alexandriæ vicina excitavit Pharum turrim præaltam ad dirigendos navium nocturnos cursus, quam diis servatoribus, *Ptolomeis, Lagida, atque Philadelpho* consecravit.

Anno m. 3798. ante Chr. 255. ad fluvium Bagradam inusitatæ magnitudinis serpens deprehensus, quem *Marcus Regulus* aggredi aususest; erat is pedum centum viginti, tam duris squammis, ut telis penetrari non posse: tandem muralis machinæ saxe confractus, multisq[ue] simul telis appetitus interijt: hujus pellis Romæ suspensa è tholo diutissimè perduravit,

vit, ut inventum ejusmodi in Africa  
monstrum oculis pateret.

Anno m. 3840. ante Chr. 213. Ro-  
mæ lex Oppia lata de sumpta mulie-  
rum, quâ cautum erat, ne mulier semi-  
cinctia auri haberet, ne veste versico-  
lore uteretur, ne juncto vehiculo in  
urbe circumduceretur, aut proprius,  
quâm mille passus, idque causâ sacro-  
rum, & nulla fœminarum tunc tem-  
poris hanc legem duram putabat, sed  
omnes acceptabant: anno autem 3859.  
agere cœperunt omnibus viribus per  
Valericum consule, mut abrogaretur;  
quod etiam (frustra reluctante Cato-  
ne) effecerunt.

Anno m. 3849. in libris Sybillinis  
legerant Romani alienigenam (quem  
Hannibalem Romani vaticini inter-  
pretati sunt) ejici ex Italia posse, si  
MATER IDÆA Pessinunte Romanum  
devehernetur, ideo destinatus ad *Atta-  
lum* Pergam regem M. Valerius cum  
quatuor alijs legatis Delphos adit,  
Apollinem de suo itinere rogaturus,  
cui

cui respondit oraculum: rem per Attalum conficiendam esse, & parandum Roma hospitium Dea apud eum, qui vir optimus esset: deuestus est ergo Romam lapis ille sacer (è cœlo, ut creditum fuit, delapsus) quem incolæ Deam dicebant. Cùm jam Terracinæ *Idea* mater esset, quæsitum est inter Romanos de ejus hospitio, & *P. Scipio Nasica Cnei* in Hispania cæsi filius adolescentis adhuc & nondum quæstorius vir, optimus à senatu judicatus est. Qui cum matronis Ostiam usque venienti Deæ obviam processit. Cumque navis, quæ Deam portabat, hæsisset in Tiberi, *Q. Claudia Vestalis* eam Zonâ suâ attraxit, ut pudicitiam suam, quæ revocabatur in dubium, testaretur. Dea summâ solennitate, quâ fieri potuit, Romæ excepta, & primò in æde Victoriæ in palatio reposita, quia adventus ejus de Annibale certam spondebat victoriam. Sed ad depellendum ex Italia Hannibalem plus Scipio, quam brutus iste lapis profuit.

Anno

Anno m. 3873. ante Chr. 180. consulibus *Cornelio Lentulo, Cethego & M. Boetio, Tamphilo seu Pamphilo*, in agro L. Petili scribæ, inventi sunt vel ab eluvie, vel à fossoribus incertum est, libri *Numa*, corpore ejus nusquam reperito, in duabus arculis lapideis cum plûbeis operculis; cù eos libros legis-  
set *Q. Petilius Prætor*, juravit eos per-  
niciosos, irreligiosos atq; comburen-  
dos esse: & huic juranti habita est fides  
à senatu, itaque à victimariis cremati  
sunt, aut omnes aut saltem Græci:  
erant enim septem Græci & toridem  
latini. Ex quibus judicium ferri po-  
test de eorum auctore *Numa*, quo  
usus magistro fuerit.

Anno m. 3893. ante Chr. 160. consulibus *Valerio Messala & Fannio Stra-  
bone*. Editum senatūs consultum  
de Philosophis ac Rhetoribus urbe  
pellendis. Quod edictum tametsi  
tunc effectum non obtineret, postmo-  
dum tamen sub Censore *Craffo* reipsā  
omnes Philosophi & Rethores ejecti  
sunt

V

sunt; eò quod multi otiosi adolescen-  
tes eis adhærerent; sed mirum est  
*Craffum* tam celebrem oratorem poti-  
us omnes eijcere, quàm otiosos per  
præceptores emendare voluisse.

Anno m. 3933. ante Chr. consu-  
libus *Q. Fabio Maximo & L. Opimio*  
nepote tanta cœli serenitas & calor  
extitit, ut his consulibus collecta vi-  
na ad annos ducentos servarentur, un-  
de vina *Opimiana dicta*.

Anno m. 3948. ante Chr. 105. *Q.*  
*Capio Romanus* consul, cui obtigerat  
Gallia, thesauros ex templo Apollini  
Delphici raptos quondam à Gallis  
& in Tolosates lacus ad pestem arcen-  
dam proœctos colligi jussit, ac tandem  
sublatis custodibus sibi vendicavit  
centum millia pondo auri, argenti  
centum decem millia, seu in genere  
ad quindecies centum millia talen-  
tūm; sed ea pecunia & duci & militi-  
bus suis fatalis fuit, hanc enim quis-  
quis attigit, malè periit, quare inter  
fatalia numeratum est *annum Tolo-*  
*sanum.*

Anno

Anno circiter 87. ante Chr. natum  
Gothi in Franconiam irruerunt eam-  
que depopulati sunt: *Diceneus Boroi-*  
*sta Gotthorum consiliarius & docto*  
*Philosophiam & Theologiam Ethni-*  
*cam eos docuit. Sacella & ceræmo-*  
*nias instituit. Genebrard. ex Fernando*  
*de rebus Geticis.*

### Triumphus Pompejanus.

**A**nno m. 3993. ante Chr. 61. tri-  
umphavit POMPEJUS MA-  
GNUS Romæ tantâ magnificentia,  
ut omnes triumphos quotquot Romæ  
visi sunt, Pompejanus superaverit.

Triumphi pompa duravit per biduum,  
traductis multis gentibus, Ponticis, Arme-  
niis, Capdocibus, Cilicibus totius Syriæ  
nationibus, Albanis, Heniochiis, Achæis,  
Scythis, Iberis. In portum adduxit 700.  
integras naves; in pompa autem traduxit  
innumera carpenta auro & argento & alijs  
variis ornamentis onuista: inter quæ erat  
lectus *Hystaspis* filij & sceptrum ac sella *Mi-*  
*thridatis*, nec non aurea ipsius effigies octo  
cubitorum peñtore tenus, argentiq; signati  
septem- millia Myriadum. Insuper 520.  
drachmæ, id est 70. millions, & alij qua-  
tuor

tuor milliones. Transvectus etiam est ex *Mithridatis* supellestile alveus lusorius cum tesseris e gemmis duabus, latus pedes tres, longus pedes quatuor: Luna aurea 30. pondo: lecti triclinarij tres; vasa ex auro & gemmis abacorum novem; signa aurea tria *Minervæ*, *Martis* & *Apollinis*: coronæ ex *Margaritis* 33, mons aureus quadratus cum cervis & leonibus & pomis omnis generis. Vitis aurea ( videtur fuisse hæc vitis aurea *Aristobuli* ) quæ fuit quingentorum talentorum. Musæum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat: denique imago *Mithridatis* ex meris margaritissitem duo millia poculorum ex Oniche gemmâ & auro compactorum Tigranocertæ in promptuario regis servari solita: verbo, tanta fuit copia supellestilis aureæ, ut iis recipiendis, & percensendis 30. dies questor insumpserit: plaustrorum verò, quibus armæ inventa sunt, fuit ingens numerus. Post spolia procedebat multitudo captivorum, qui non vincti sed habitu patrio induiti & eleganter culti incedebant.

Pompejum antecedebant regum Satrapæ, duces, filij regij partim captivi, partim ob-sides 324. inter hos Tigranes filius *Tigrinus*, & quinque filij *Mithridatis*, *Artaxerxes*, *Cyrus*, *Oxathres*, *Darius*, *Xerxes*, filiae *Orsabaris* & *Eupatra*, & mulieres Scythicæ magno numero cum sorore *Mithridatis*,

Tra-

Traductus est quoque Colchorum rex *Ola-*  
*thaces & Judæorum Aristobulus* & tyranni  
Cylicum, duces tres Iberorum, duo Alba-  
norum. Transvehabantur quoque effigies  
absentium *Tigranis & Mithridatis*, ejusque  
filiorum ante eum defunctorum: & figuræ  
Deorum barbaricorum cum ornatu patrio  
(ut scilicet non hominibus tantum, sed eti-  
am Dijs victis insultaretur) Translata est  
tabula cum hac inscriptione, *naves rostratae*  
*ostingenta capta sunt, urbes condita octo in*  
*Cappadocia, in Cilicia, Cœlesiriaq; viginti*  
*regos vieti; Tigranes Armenius: Artoces Ibe-*  
*rus, Orozes Albanus, Darius Medus, Aretas*  
*Nabataus, Antiochus Comagenus.*

Ipse Pompejus geminato curru veheba-  
tur amictus chlamyde Alexandri Magni in-  
ventâ in Mithridatis supellecstile: currum  
sequebantur socij hujus expeditionis, Præ-  
feci militum, duces, equites & pedites. Ubi  
in Capitolium devenit, neminem captivum  
necavit, quod alij triumphatores facere so-  
lebant, sed publicis impensis remisit quem-  
vis in suam patriam, exceptis regiis, è qui-  
bus solus Aristobulus postea interemptus  
est, & post eum Tigranes. Addit Plutarchus  
in tabulis quoque ostensum fuisse universa  
vestigalia ante id bellum populi Romani  
decem millionum librarum, ex ijs verò, quæ  
populo Romano Pompejus addidisset, re-  
dire 17. millions librarum, ita ut totus re-  
ditus

ditus esset 27. millionum librarum. Divisa quoque magna copia pecuniae inter milites, quorum qui minimum accepit, mille & quingentos denarios tulit. Illud quoque Pompejo gloriosissimum fuit in hoc triumpho, quod cum antea de Europa & Africa triumphasset, addito nunc Asiatico triumpho vi-  
sus sit totius orbis terrarum domitor. De-  
cretum igitur ei fuerat à senatu præter no-  
men Magni, ut in omnibus festis solennibus  
lauream & paludamentum ferret, vestem  
autem triumphalem in equestribus certa-  
minibus indueret, quod ille semel tantum  
fecit.

Post hunc triumphum fortunæ mutatione  
deinceps seipsum suosque alijs triumphan-  
dos dedit.

Anno m. 3999. ante Chr. 54. Pom-  
peij theatrum Romæ dedicatum est ab  
eius liberto *Demetrio* constructum,  
qui pecunias in ejus obsequio compa-  
ratas impendit, domini gloriæ, quam  
sui commodi cupidior. In hac cele-  
britate multi ludi sunt exhibiti, musi-  
ci, gymnici, bellici. Quingenti leones  
occisi, duo de viginti elephantes, re-  
liquis contra voluntatem servatis, ju-  
bente populo, cuius misericordiam  
bel-

belluæ implorare videbantur : tumq;  
plebs Romana in gladiatores & ho-  
mines vulgo immitis, in belluas mi-  
sericors fuit.

Anno m. 4027. ante Chr. 26. Agrip-  
pa Romæ pantheon ædificavit omni-  
bus Diis, opus admirabile, ad similitu-  
dinem orbis fastigiatum. Extruxit  
etiam porticum Neptuni argonauta-  
rum picturâ decoratum ob victorias  
navales, ita tamen, ut omnia in ho-  
norem Augusti cederent: sic enim be-  
nevolentia & gratia inter se *Ostavia-*  
*nus Cæsar & Agrippa* decertârunt, ut  
dubium reliquerint, an hic fuerit mo-  
destior, an ille liberalior, cui ut hono-  
rem majorem conferret, præcepit ut  
uxore suâ repudiata, quanquam illa  
effet *Augusti* sororis filia, suam filiam  
Juliam duceret.

Anno m. 4035. ante Chr. 18. *Herod-*  
*des* instauravit templum Hierosoly-  
mitanum, dilatavit nimirum ejus spa-  
tia exteriora, & porticus exornavit  
sed à fundamentis illud nequaquam

V 4

exci-

464. **ÆTAS VI.** ab an. 3743.  
excitavit, remansit enim templum à  
**Zorobabele** conditum, cuius gloria viso  
Christo erat futura celebrior juxta pro-  
phetam, quam Salomonici, ideoq; fin-  
git Josephus templum Herodianum,  
quod meritò ab omnibus Catholicis  
ut fabula exploditur.

Indi missis legatis suis fœdus cum Augusto sanxere Anno 4026. ante Chr. 26. adduxeruntq; tigres Indicas nondum in Græcia & Occidente vi-  
fas. Tunc etiam coram Augusto lega-  
torum unus dictus *Zamarus* Gymno-  
sophistcs Deorum suorum sacrī ini-  
tiatus sponte in ignes insiliit, & vanæ  
gloriæ obtulit ferale sacrificium.

§. 12. *Eventus Tragici*  
& *Signa.*

**A** Nno m. 3884. antē Chr. 169.  
Hierosolymis visa sunt iu cœlis  
portenta per 40. dies magnæ cladis  
prænuncia: equites videlicet in aëre  
discurrentes, & exercitus inter se con-  
gressi

gressi, adeo ut re ipsa hic bellum geri videretur, cuius repræsentatio tantum terroris, quantum postea bellum ipsum damni intulit.

Anno m. 3839 ante Chr. 214. ingens in Ægypto persecutio Judæorum à Philopatro inchoata, quâ eos ad Ægyptios ritus adigere voluit, edito promulgato, ut quisquis renueret, omni libertate & dignitate privatus stigmaticus fieret inusto hederæ folio in fronte, quod Bacchi insigne erat. Multi propterea defecerunt; qui verò perseverabant, in eos ultimò etiam mortis sententia lata est, quam Deus mirabiliter avertit.

Alexandriæ in hunc finem in hippodromo consti-  
tuti prætereuntium omnium irrationibus expositi  
fuerunt. Hermoni quoque Praefecto elephantorum  
mandatum est, ut elephantos numero 500. thure in  
merum infuso potatos, eaque potionē effeferatos in  
Judæos immitteret ab ijs proterendos & discerpen-  
dos; immissi jam erant ministri, qui Judæos manibus  
colligarent, sub crepusculum matutinum feris obijci-  
endos; sed Judaorum ploratus ad Deum, averte-  
runt malum; tantum enim Deus soporem regi im-  
misit, ut ad horam decimam usque illius diei fera-  
lis, non exercefieret, donec congregatis, qui ad  
coavivium præmoniti erant, à cubiculario excitatus

ad

ad convivandum versus est , accitoque Hermoni imperavit elephantes in sequentem diem parari, eademque potionē iterum efforari in crastinum; ad fuit secundus dies , ad fuit exercitus elephantorum, adfuit etiam Hermon, qui regem monuit, parata esse omnia: at rex divinitus in oblivionem præteriorum adductus, interrogabat quodnam id esset negotium quod ageretur ? iratus insuper Hermon & Sociis Judæorum inimicis , eos objurgavit, Judæos autem plurimum laudatos , liberos omnes dimisit. Non multò post rediens ad suum ingenium rex instaurato convivio jubet tertio parari elephantos, multò quam prius in Judæos ferocior, adit spectatus rex cum proceribus , prodeunt elephanti, prodeunt armati exercitus , & clamor horrisonus belluarum Judæos de imminentī exitio monet ; his verò ad lachrymas iterum precesque confugientibus visi sunt duo terribiles Angeli cœlo descendere. omnibus præterquam Judæis manifesti, qui Aegyptios ita perturbârunt , ut quasi constricti vinculis iminobiles hærerent, rex quoque totus exhorresceret : ex quo horrore animum commutatus , feritatem depositus, quin & belluz in exercitum armatum converxæ eos pedibus protriverunt. Rex quoque Judæorum Deum agnoscens, & vereri incipiens, eos sepiem dierum convivio exceptit: quibus expletis potestatem eis dedit, omnes apostatas Jndæos interficiendi, quorum illi supra trecentos occiderunt; denique Ptolomaïdem regressi , ibidem festos dies instituerunt , & suam quicquid domum cum gaudio ceperiverunt.

Anno m. 3776. ante Chr. 277. Duce Brenno sacrilegi Galli severissimè puniti sunt: *Brennus* enim vel dux vel rex eorum cum 150. millibus in Macedoniam

niam irrumpens, & occiso *Sosthene* rege omnia sacra & prophana evertens Delphicum quoq; templum ditissimum invasit, joculariter idenditem repetens, *Deos locupletes hominibus liberales esse oportere*. Sed ab hominibus lapidibus, & à Dijs terræ motu, tempestate & fulminibus ita percussus est, ut fere omnes suos perdiderit, & vulneratus ipse præ doloris vehementia violentas manus sibi intulerit, suis antè præmonitis, ut *Cichorium* sibi regem successorem crearent. *Cichorius* autem rex creatus, omnes quotquot à tempestate illa vulnerare aliquo affetti, vel attriti languerent, ad viginti scilicet millia crudelissimè trucidavit extanto numero 150. millium Galorum, nonnisi decem millia ex Macedonia reduxit; sed & isti à populis omnibus, per quos transeundum erat in Galliam, cæsi miserè omnes periērunt. Ita dijs suis etiam inanibus insultare Ethnicis perniciosum erat.

Anno m. 3928, ante Chr. 125. mons  
Æthna

Æthna primùm magno motu con-  
cussus, postea globos igneos ingentes,  
scopulis ignitis permixtos evomuit, &  
paulò post mare circa Liparam Insu-  
lam sic efferbuit, ut adustas rupes dis-  
solverit, navium ceram picemq; lique-  
fecerit, exanimarit pisces atque nau-  
tas, nisi qui statim effugérunt cum in-  
genti Insulanorum metu ac stupore.

Anno m. 4043. ante Chr. 10. *Dru-*  
*so* armis suis Germanos infestante, tan-  
tus harum gentium furor fuit, ut etiam  
mulieres armatæ castra propugna-  
rent, & deficientibus telis in Romano-  
rum ora prius collisos humi liberos  
proijcerent, in singulis filiorum neci-  
bus bis parricidæ factæ.

Anno m. 4010. ante Chr. 43. post cædem  
Julij Cæsaris Octavianus Iudos suis sumpti-  
bus Romæ instituit in honorem defuncti Cæ-  
sar is, quos cùm exhiberet, totos septem di-  
es stella crinita apparuit in cœlo, quam vul-  
gus animam Cæsar is in cœlum recepti opi-  
nabatur.

Anno m. 3955. ante Chr. 98. Alexandro  
Jannæi in Judæa regnante, magnâ crudeli-  
tate in Judæos à Lathuro Ægypti rege de-  
lævi-

sævitum, triginta millia illorum occisa, &  
Judæi captivi magno numero interfectorum  
carnibus vesci coacti sunt, & hæc quidē tunc  
temporis a Lathuro perpetrati sunt, sed à pro-  
prio etiam rege Jannæo (regem is se nomi-  
nari voluit, & non suū sacerdotem quia  
Saducæus erat, & sacerdotis nomen pro  
abjecto & pudendo habebat) crudeles per-  
secutiones pasti sunt: cùm enim hæreticus  
esset (quod idem est ac Saducæus) Catholico-  
rum sex millia interfecit, septingentos Pha-  
risæos crucifixit, & plurimos Judæos in fu-  
gam convertit, quanquam tyrannus efficere  
non potuit, quin plebs maneret catholica,  
& Pharisæorum cathedralm sequeretur.

Anno m. 3977, ante Chr. 76. uti refert S.  
Augustinus lib. 3. de civitate Dei cap. 15. me-  
tuenda prodigia in Italia visa fuerunt: nam  
canes, equi, boves, asini, & alia quoque ani-  
malia humanis usibus subdita, subito ita  
ubique efferrata, & pristinæ lenitatis oblita  
sunt, ut relictis dominis libera vagarentur.  
nec hominum ullorū accessum paterentur.

Anno m. 3935. ante Chr. 118. ut refert S.  
Augustinus lib. 3. de civitate Dei cap. 31.  
tanta fuit locustarum multitudo in Africa,  
ut non solum segetes & folia, sed etiam  
cortices arborum corroderent, quibus con-  
sumptis vehementissimo vento in Africa-  
num pelagus demersæ sunt, quarum corpo-  
ra ad littus rejecta, ibidemque putrefacta

zam

tam pestiferum fœtorem exhalârunt, ut omnes ferè aves & pecudes emortuæ sint, Afrorum autem hominum ducenta millia, & Romanorum, qui illic in præsidijs collo-  
cati erant, triginta millia interiérint.

Antequam Octavianus Augustus succe-  
deret Cæsari, inter alia portenta contigit  
Romæ, ut bos in suburbano ad aratorem, à  
quo flagellis impellebatur, conversus inci-  
peret loqui, diceretque: frustra urges me,  
non enim frumenta, sed homines brevi  
deficient.

Anno m. 4052. qui fuit annus salutis,  
præter alia signa passim in orbe terrarum  
visa, Romæ in trans-Tyberina regione fons  
olei in taberna quâdam per totam diem ef-  
fluxit; eodemque die circulus aurens circa  
solem apparuit; & tres soles visi sunt, qui  
brevi in unum coaluerunt. Romuli statua &  
Pacis templum corruerunt. Stella denique visa  
est à Magis in oriente, à qua melior mundo  
Dominus venturus nunciabatur

### JESUIS CHRISTIUS

Natus ex virgine in Bethlem Judæ  
**Anno m. 4052.** Imperij Romani 47.  
regni Herodis 36. & 39 Mathia Pontifi-  
cius. 2. Præsidibus Syriæ Varo & Corino,  
Olymp. CXCIV. an 3. urbis conditæ

751.

usq; ad an. mundi 4052.

471

751. consulibus Augusto decimo ter-  
tio M. Plautio Sylvano, Imperij Augu-  
sti 42. Ante mortem Augusti decimo  
quinto, nativitate sua adimplens va-  
ticinium Danielis cap. 2. v. 34. & 35.

Lapis abscissus est de monte sive mani-  
bus, & percussit statuam quatuor Mo-  
narchiarum in pedibus ferreis & fictilibus,  
& comminuit eos, & contrita pariter sunt  
ferrum, testa, as, argentum & aurum, &  
redacta quasi in favillam astiva area, qua  
rapti sunt vento, nullusque locus inventus  
est eis, lapis autem, qui percusserat statu-  
am, factus est mons magnus, & implevit  
universam terram est enim.

COELI ET TERRÆ SUMMUS  
MONARCHA  
PRIMUS ET ULTIMUS  
*Cujus regni non erit*

FINIS.



## E R R A T A.

pag. 16.	lin. 22.	Esdræ.	adde. 2.
pag. 41.	lin. 33.	Successotem	leg. Successorem
pag. 42.	lin. 5.	418.	leg. 335.
pag. 45.	lin. 28.	malle	adde inquiens
pag. 55.	lin. 13.	386.	leg. 286.
pag. 57.	lin. 12.	3906.	leg. 3806.
pag. 59.	lin. 2.	205.	leg. 203.
pag. 61.	lin. 22.	144.	leg. 153.
pag. 72.	lin. 1.	Tarquini	leg. Tarquinij.
pag. 76.	lin. 1.	singul.	lege singuli
pag. 93.	lin. pen. uuo		leg. uno.
pag. 106.	lin. 9.	oliymp.	leg. olymp:
pag. 118.	lin. 3.	postquaam	leg. postquam
pag. 124.	lin. 1.	deritæ	leg. Abderitæ.
pag. 173.	lin. 4.	millit	leg. millia.
pag. 186.	lin. antep.	conjuxit.	leg. conjunxit.
pag. 285.	lin. 2.	Aecida.	leg. Aeacida
pag. 318.	lin. 4.	Pompei.	leg. Pompeji.
pag. 322.	lin. 21.	Autonius	leg. Antonius.
pag. 325.	lin. 5.	ferto	leg. ferro.
pag. 337.	lin. 7.	Leutolo	leg. Lentulo
pag. 353.	lin. 29.	fecit,	leg. fecit.
pag. 359.	360.	363.	In titulis leg.
pag. 364.	365.	365.	
pag. 370.	370.	371.	

### VI. Ætate.

pag. 361.	lin. 7.	Mithriates	leg. Mithridates
pag. 370.	lin. 8.	Bactrianorum	leg. Bactrianarum
pag. 272.	lin. 20.	Civis	leg. Cives.
pag. 438.	lin. 4.	padicitæ.	leg. pudicitæ.
	lin. 15.	Cripippo	leg. Crysippo
pag. 444.	lin. 14.	Culphurnium	leg. Calphurniam
pag. 455.	lin. 14.	Consule, mut	leg. Consulem, ut
pag. 356.	lin. 10.	Cnei	leg. Cneji.







UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





Breviaris Chronolog  
Veteris Testamenti

Th

5007